Z BIBL[illegible]
S[illegible]M
SANDOM[illegible]GO

41404

Z BIBLIOTEKI
SEMINARIUM
SANDOMIERSKIEGO

41404

# NICOLAI GÜRTLERI

# APHORISMI

# THEOLOGIAM PROPHETICAM DELINEANTES.




*LUGDUNI BATAVORUM,*

Apud SAMUELEM LUCHTMANS, 1717.

# AUDITORIBUS SUIS
## S. P. D.
# TACO HAIO
## VAN DEN
# HONERT.

*CUM meam in ſtudio Prophetico expetieritis operam, auctor fui Viro Spectabili Samueli Luchtmanno, ut typis deſcribendos curaret Articulos, in quos Propheticam digeſſit Theologiam Vir Clariſſimus NICOLAUS GÜRTLERUS S. S. Th. Dr. & antequam mortalitatem exuerat, ejuſdem Facultatis in Academia Franequerana Profeſſor Celeberrimus. Quodſi ea, quæ ſecundum accuratiſſimam hanc rerum, per Prophetas præmonſtratarum, ſeriem traditurus ſum, cum ipſo Au-*

*ctoris Doctiſſimi, atque in interpretandis Prophetiis Exercitatiſſimi Commentario conferre libuerit: polliceri audeo, operam ac laborem, aſpirante divino Numine, fruſtra neutiquam collocatum iri. Precor Deum, ut omnes conatus noſtros ad nominis ſui gloriam, atque Eccleſiæ ædificationem felices eſſe jubeat. Dab. Lugd. Batav. Cal. Sept. MDCCXVI.*

# APHORISMI THEOLOGIAM PROPHETICAM DELINEANTES.

## CAPUT PRIMUM.

### *De partibus temporis à creatione mundi ad finem & ſingulariter de membris primi temporis ab Adamo ad Moſen.*

§. I. QUemadmodum opera Dei ſunt multa: ita quoque *omnia fecit pulcrè ſuo tempore.* Eccl. 3: 11. nam *definivit præſtituta tempora.* Act. 17: 26. unde *eſt omni rei tempus definitum.* Eccl. 3: 1. *ipſe mutat tempora & ætates.* Dan. 2: 21. quod privilegium temere ſibi arrogat parvulum cornu, Antichriſtus. Dan. 7: 25. Deus fecit luminaria in cœlo, *ut dividant diem à nocte, & ſint in*

*ſigna & tempora, & dies & annos.* Gen. 1: 14.

§. II. Et quia Deus operatur cum in mundo, qui eſt omnium rerum creatarum univerſitas, tum in Eccleſia, illo hominum à Deo Patre ad ſalutem electorum, à Filio Dei ex miſeria liberatorum, à Spiritu S. ſanctitate donatorum cœtu: hinc & tempora temporumque articulos conſtituit, quibus nota ſibi ab æterno, & in mundo, & in Eccleſia efficiat.

§. III. Quod ad mundum attinet, illud Eccleſiæ domicilium, *Deus in principio creavit cœlum & terram.* Gen. 1: 1. *fecit lunam ad tempora monſtranda, ſol novit occaſum ſuum.* Pſ. 104: 19. *Tuus eſt dies,* mi Deus, *tua nox, æſtatem & hyemem formaſti.* Pſ. 74: 16, 17. *oculi omnium in te ſperant, & tu das illis eſcam ſuam tempore ſuo.* Pſ. 145: 15. *Eſt tempus naſcendi, & tempus moriendi, tempus plantandi, & tempus evellendi plantatum.* Eccl. 3: 2. ſeqq. *Quatuor beſtiis,* vel mundi imperiis, *data fuit longitudo in vita uſque ad tempus & tempus.* Dan. 7: 12. *Parati quatuor Angeli ad horam, & diem, & menſem, & annum, ut tertiam homi-*

*hominum partem occidant*. Apoc. 9: 15. *Adhuc omnes dies terræ, ſementis & meſſis, frigusque & æſtus, nec non æſtas & hyems, dies quoque & nox, non ceſſabunt*. Gen. 8: 22.

§. IV. Haud minus Eccleſiæ, per quam *nota ſit multiformis ſapientia Dei*. Eph. 3: 10. definita ſunt tempora. *Adhuc viſio ad conſtitutum tempus, & præco in fine*. Habak. 2: 3. *quando venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium*. Galat. 4: 4. κατὰ καιρὸν, *tempore ſuo* Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Rom. 5: 6. Deus mentiri neſcius ſermonem ſuum *deſignatis temporibus*, καιροῖς ἰδίοις, fecit manifeſtum. Tit. 1: 2, 3. *Jehova miſerearis Sionis, quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus ſtatutum*. Pſ. 102: 14. *Tranſivi juxta te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amorum*. Ezech. 16: 8. *tempore accepto exaudivi te, & die ſalutis ſuccurri tibi*. 2 Corinth. 6: 2. *Eſt tempus beneplaciti ac dies ſalutis*. Eſai. 49: 8. *annus beneplaciti Jehovæ & dies ultionis Deo noſtro*. Eſai. 61: 2. *tempus iræ*. Dan. 8: 19.

§. V. Eſt autem Eccleſiæ tempus geminum, quorum alterum à principio

mundi ad finem tranſigit in terra, alterum in cœlo collecta, ſive tota poſt ultimum diem, ſive ex parte ante mundi finem. Illo quidem ad Deum è mundo vocatur, hoc verò apud Deum beata & glorioſa vivit. *Si in hac tantum vita ſpem in Chriſto fixam habemus, maxime miſerabiles omnium hominum ſumus.* 1 Cor. 15: 19.

§. VI. Tranſigendum in cœlo tempus eſt perpetuum, nullique obnoxium mutationi: ſed quod decurrit in terra, diverſas habet ætates ætatumque viciſſitudines, quibus peculiaria Dei opera in Eccleſia fiunt.

§. VII. Ætates Eccleſiæ in hac terra exigendas eſſe tres, clare confecimus Inſtitut. Theolog. c. 16, §. 121. & ſeqq. promiſſionis, teſtamenti veteris, & teſtamenti novi. *Prima* incipit ab Adamo, extenditurque uſque ad Moſen, populum Iſraëliticum ex Ægypto educentem: *Secunda* à Moſe ad Jeſu Chriſti mortem procedit: *Tertia* cœpit cum Jeſu Chriſti à mortuis excitatione, & deſinet cum mundi fine.

§. VIII. Ætate prima Eccleſia ad Deum

Deum eſt vocata per promiſſionem ſeminis gratiam Dei allaturi: ſecunda per dationem terreſtris hæreditatis meliorem obſignantis: tertia per Euangelii prædicationem in toto terrarum orbe.

§. IX. Ætatem tertiam primæ & ſecundæ ſuccedere, & ordine ultimam eſſe, per ſe patet. Quare & in S. Scriptura ultimum tempus vocatur. *Extremis diebus inſtabunt tempora moleſta.* 2 Tim. 3: 1. *ultimo tempore erunt irriſores.* Jud. ℣. 18. *poſterioribus temporibus deſciſcent quidam à fide.* 1 Tim. 4: 1.

§. X. Quanquam certum eſt, ultimo tempore interdum deſignari extremam Judaicæ Reip. ætatem. Hebr. 1: 1. *Ultimis hiſce diebus locutus eſt nobis per Filium.* 1 Petr. 1: 20. *Chriſti, præcogniti quidem ante jacta mundi fundamenta, patefacti verò ultimis temporibus.* 1 Joh. 2: 18. *Ultimum tempus adeſt*, imminet hora excidii Hieroſolymitani. Jacob. 5: 3. *Theſaurum congeſſiſtis diebus ultimis*, imminente nationis Judaicæ ſtrage univerſali opibus inhiatis. Eſai. 2: 2. Mich. 4: 1. *in poſtrema parte horum dierum mons domus Jehovæ erit ſtatutus in vertice montium.* Act. 2: 17. *Et erit ultimis tempori-*

*bus, dicit Deus, effundam ex ſpiritu meo in omnem carnem.*

§. XI. Alicubi & tempus ultimum ſignificat mundi finem, tertiæ ætatis partem noviſſimam. 1 Pet. 1: 5. *Cuſtodimur per fidem ad ſalutem paratam patefieri tempore ultimo.* Danieli appellatur *tempus finis*, c. 12: 4-9. & *finis dierum*, ℣. 13. de quo jurat Angelus: *tempus non erit amplius*. Apoc. 10: 6.

§. XII. Singulas ætates in certos diſtribuere articulos, non tantum firmandæ memoriæ eſt utile, ſed & quam plurimum juvat, ut patrata ſingulis temporum articulis Dei opera accuratius obſervemus, & ſtatum Eccleſiæ per temporum viciſſitudines diſtinctius noſcamus.

§. XIII. Eſt quidem arbitrarium, eum conſtituere periodorum, ut vocant, numerum, qui cuique ad dictum modo finem impetrandum videtur aptiſſimus: quando autem in eo deſignando Spiritus S. nobis præit, eum ſequi nolle eſt ſupra Spiritum S. ſapere velle.

§. XIV. Numerum ſeptimum præ cæteris illuſtri charactere à ſapientiſſimo Deo ſignatum eſſe, vix quiſquam ignorare

rare poteſt. Hinc Auguſtinus l. 5. de Gen. ad l. c. 5. *Septenarium numerum Sancto Spiritui quodammodo dedicatum, commendat Scriptura, & novit Eccleſia.* Enochum, quem Deus vivum rapuit in cœlum, ab Adamo eſſe ſeptimum, obſervat Judas, ℣. 14. Ab Enocho ſeptimus eſt Eberus, cujus ætate Chami ex Chuſo poſteri turrim Babylonicam moliti quidem ſunt, à Deo autem in varias orbis partes ea de cauſſa diſperſi. Jacobus ab Ebero ſeptimus cum tota familia in Ægyptum abiit. Septimus ab Abrahamo Moſes populum Iſraëliticum ex Ægypto eduxit. Ab Abrahamo ad Jeſum Chriſtum ſexies ſeptem fuiſſe generationes, omiſſis Achaſia, Joaſo & Amaſia, tribus Regibus & pravis & infauſtis, non ſine ratione monet Matthæus c. 1: 17. Plura in hanc rem facientia collegit *Cæſarius* in dial. IV. t. 5. Biblioth. Patr. & nuper Cl. *Van der Waeyen* in Serm. de num. ſepten. & appendicib. Videatur & Varronis commendatio numeri ſeptenarii in *Gell.* l. 3. c. 10. *Macrobii* in Somn. Scip. l. 1. c. 6. ubi ſanè lector, vel is, qui numerum ſeptenarium è Theologia exulare cupiat, digna con-

ſideratione momenta inveniet.

§. XV. Igitur quamlibet trium Eccleſiæ ætatum circumſcribere ſeptem periodis temerarium non eſt. Et primæ quidem ætatis, quæ complectitur tempus promiſſionis, periodi ita numerari queunt. I. ab Adamo ad Enoſchum. II. ab Enoſcho ad Enochi raptum in cœlum. III. ab Enochi raptu ad diluvium. IV. à diluvio ad diſperſionem poſterorum Chami Babylonicæ turris conditorum. V. à diſperſione hac ad Abrahami egreſſum ex Harrane. VI. ab egreſſu Abrahami ex Charrane ad ingreſſum Jacobi in Ægyptum. VII. à Jacobi ingreſſu ad exitum Iſraëlitarum ex Ægypto.

§. XVI. Docet enim ſancta Hiſtoria, ſingulis hiſce temporum articulis ſtatum Eccleſiæ notabiliter à Deo immutatum eſſe. Enoſchi e Setho origine confirmavit Deus, populum ſeminis liberantis propagatum iri. Tum & ſtudioſi religionis Deum vocavêre Deum ſuum, ſeque à cætera turba diſcreverunt. Enochi in cœlum raptu firmata ſpes fuit alterius vitæ in cœlo apud Deum tranſigendæ.

§. XVII.

§. XVII. Diluvio extinxit juſtus Judex gentem profanam, atque ex tribus Noæ filiis cum Patre & uxoribus medias inter undas ſervatis, novos mundi incolas, novumque ſemen liberandum fecit. Diſperſione poſterorum Chami demonſtravit Deus, penes ſe ſolum eſſe ſupremam in civilibus & Eccleſiaſticis rebus poteſtatem, neque religionem ab humano nomine dependere, neque conjungi hominum animos tyranni imperio poſſe, ſed Spiritu Dei, Spiritu fidei & charitatis. Obiter heic obſervandum, me poſterorum Chami diſperſionem diſcernere à propagatione poſteritatis Japheti & Semi per univerſum mundum; illa enim pœna erat inflicta ob ſtructuram turris Babylonicæ: hæc neceſſarium conſequens bonitatis Dei, qua Japheti & Semi ſoboles mirè multiplicabatur. Poſteri Chami è terrâ ſua propter audacem impiè molitionem relegabantur uno anno: progenies vero Japheti & Semi, diverſis temporum vicibus, prout multiplicabatur, novas ſedes quærebat. Abrahami e Meſopotamia idolis dedita egreſſu factum eſt, ut Deus haberet populum ſegregatum è cultoribus falſorum Nu-

 mi-

minum, quorum numerus tum longè lateque augebatur. Jacobi in Ægyptum ingreſſu ſectatores fœderatique Dei novas, ſed à Deo prædictas, accepêre ſedes. Populus denique Iſraëliticus ex Ægypto eductus exemplo eſt, Eccleſiam à Deo ex hoſtium & oppreſſorum poteſtate, ſtatuto tempore, potenter erui, ſeque in viam dedit ad occupandam Cananæam, à Deo promiſſam.

§. XVIII. Periodus *prima* complectitur annos 235. Nam teſtatur Hebræus codex, Adamum genuiſſe ex Eva Sethum anno ætatis CXXX. Gen. 5: 3. Sethoque natum eſſe filium Enoſchum anno vitæ CV. Gen. 5: 6. qui duo numeri additi producunt CCXXXV.

90 §. XIX. Ab Enoſcho genito ad rap-
70 tum Enochi in cœlum, quæ *ſecunda* eſt
65 periodus, effluxêre anni 752 Enoſchus
162 enim anno ætatis XC. generavit Caina-
365 nem, Cainan Mahaleelem a. LXX. Ma-
752 haleel Jaredum a. LXV. Jaredus Enochum
a. CLXII. Enochus in cœlum vivus tranſponitur, poſtquam in terra CCCLXV. annos exegiſſet. Gen. 5: 9-24. Hi vero numeri conjuncti efficiunt annos 752. uti adpoſita docet tabella.

§. XX.

§. XX. *Tertia* periodus continet an- 65
nos 670. quos iſta ratione invenimus: 187
Enochus genuit Mathuſalemum anno 182
ætatis LXV. Mathuſalem Lamechum an- 600
no CLXXXVII. Lamechus Noam anno 1
CLXXXII. Noa arcam ingreditur natus 1035
annos IↃC. & in illa moratur decem dies 365
ultra annum integrum. Hinc prodeunt 670
anni MXXXV. à quibus ſi ſubtrahas annos CCCLXV. curriculo Enochi in terra peractos, & ſecundæ periodo tranſcriptos, reſidui manent anni 670.

§. XXI. A diluvio finito ad diſper- 2
ſionem poſterorum Chami, dum perio- 35
dus *quarta* circumageretur, præterflu- 30
xêre anni centum & unus. Nam Semus 34
centenarius biennio poſt diluvium ſuſce- 101
pit ex uxore Arphachſadum. Gen. 11: 10. hic Salam anno ætatis XXXV. Sala Eberum anno XXX. Eberus Pelegum a. XXXIV. Gen. 11:12-16. quos numeros ſi addamus, prodibunt anni CI. ut Arphachſadus ſit natus anno mundi MIↃCLIX. & diſperſio conditorum turris Babylonicæ contigerit anno mundi MIↃCCLVIII.

§. XXII. *Quinta* periodus a diſperſione poſterorum Chami uſque ad Abrahami exitum ex Harrane, qui incidit

in

30 in annum mundi bis milleſimum, octo-
32 geſimum & tertium, complectitur an-
30 nos cccxxv. hoc modo numerandos. Pe-
29 legus, ſub diſſipationem conditorum
130 Babylonicæ turris in lucem editus, ge-
75 nuit anno ætatis xxx. Regu, Regu Se-
——
326 rugem a. xxxii. Serug Nahorem a. xxx.
1 Nahor Tharam anno xxix. Thara A-
——
325 brahamum a. cxxx. qui Harrane exiit
annos natus lxxv. Gen. 11: 18. ſeqq. & 12: 4. Conficiunt hi numeri annos cccxxvi. à quibus ſubſtracto anno primo vitæ Pelegi, qui ipſe eſt diſperſionis gentium diviſioniſque terræ annus periodo quartæ attributus, relinquuntur anni cccxxv.

25 §. XXIII. Periodus *ſexta* fuit abſolu-
60 ta annis ducentis & quindecim. Nam
130 Abrahamo centenario naſcitur Iſaacus
——
215 anno egreſſus ex Harrane xxv. Iſaaco ſe-
xagenario gignitur Jacobus, qui in Ægypto ad Regem Pharaonem eſt introductus anno ætatis cxxx. Adde 25. 60. & 130. habebiſque ccxv.

§. XXIIII. Periodum *ſeptimam* primique temporis ultimam totidem circumſcribi annis, nempe cccxv. inde conſtat, quod a pactione teſtamenti gra-

gratiæ uſque ad legiſlationem effluxerunt anni ccccxxx. Galat. 3: 17. Exod. 12: 40. pactio autem teſtamenti incidit in illud ipſum tempus, quo Abrahamus ex Harrane exivit, Gen. 12: 2, 3. ab eo autem egreſſu ad Jacobi in Ægyptum ingreſſum præteriiſſe ccxv. annos modo oſtendimus. Adjiciantur nunc ad annum mundi 1758. quo diviſa fuit terra & poſteritas Chami diſperſa, anni 325. periodi quintæ, & anni 430. periodi ſextæ ac ſeptimæ, profereturque annus mundi 2513. quo Iſraëlitæ ex Ægypto exceſſerunt.

§. XXV. Oportebat quidem ſingularum periodorum annos numerare, ut eo melius ac diſtinctius noſſemus, quando vaticinia Dei vel edita vel completa ſint: tamen ad præſentis inſtituti executionem haud requiritur, ut Chronologicis nodis ſolvendis aut ſecandis diutius immoremur, quod ſi Deus velit & vixerimus, in Hiſtoricis inſtitutionibus pro virili faciemus.

§. XXVI. Retinui annos ortui vel vitæ Patriarcharum in Hebræo codice attributos, minimè attendens vel ad Joſephi vel ad Græcorum Interpretum calcu-

culum. Quod ſi enim, ut viri docti prætendunt, numeri ex Hebraico volumine potuerunt vitioſe deſcribi, cur Joſephi & Græcorum Interpretum libros ſingulari privilegio a mutatione & corruptione immunes fuiſſe arbitrabimur? ſed nec Joſepho ſemper in putandis Patriarcharum annis cum LXX. Interpretibus convenit, nec in diverſis libri ejuſdem editionibus eadem legitur annorum ſumma. Alexandrinos Interpretes Chronologiam ſuam non tam ad Moſaicæ hiſtoriæ veritatem, quam ad Ægyptiorum accommodaſſe gloriationem de ſumma gentis ſuæ antiquitate, cui nec adverſari nec cedere voluerint, veriſſima eſt *Samuelis Petiti* conjectura in Variis lectionib. c. 27. in Ægypto enim, Ptolemæi Philadelphi Regis voto, Hebræum codicem in Græcam Linguam tranſtulerunt.

§. XXVII. Omiſi Cainanem Arphachſado & Salæ interpoſitum, Moſi & Chronicorum ſcriptori ignotum. Abrahami natalia poſt Uſſerium & Ludovicum Cappellum refero ad annum Tharæ CXXX. qui incidit in mundi annum 2008. Nam Abrahamus egit annum

LXXV.

LXXV. quando Charrane eſt egreſſus, Gen. 12: 4. poſt obitum Patris. Act. 7: 4. defuncti anno ætatis CCV. Gen. 11: 32. ſubtrahe LXXV. à CCV. & habebis annum ætatis CXXX. quo Thara Abrahamum genuit. Equidem Gen. 11: 26. ſcribitur Tharam vixiſſe LXX. annos, & genuiſſe Abrahamum, Nahorem & Harranem. Sed hinc tantum colligi poteſt, Tharam anno vitæ LXX. ſoboli procreandæ operam dediſſe, non item quod Abrahamus ſit primogenitus. De Noa enim ſimiliter refert Moſes, Gen. 5: 32. quum eſſet annorum 10. genuiſſe ipſum Semum, Chamum & Japhetum: unde tamen haud ſequitur, Semum eſſe anno quingenteſimo Noæ Patris generatum, quia Japhetus fuit frater ejus natu major, Gen. 10: 21.

§. XXVIII. Atque hi ſunt anni periodorum ætatis primæ: ſecundæ & tertiæ ætatis periodi & periodorum anni memorantur ſuo loco. Animus eſt, tres haſce Eccleſiæ ætates, & tributas ſingulis ætatibus periodos, Deo nos per Spiritum ſuum in veritatem ducente, breviter perluſtrare, & notabiles in populo Dei terrarumque orbe eventus, quos

quos Sancti Prophetæ temporibus iſtis aſſignant, contemplari. Nam ſi *ciconia in cœlo cognoſcit tempus ſuum, & turtur, & grus, & hirundo obſervant tempus adventus*, pia & prudenti temporum obſervatione utique decet evitare querelam Dei de Iſraële factam: *populus meus non novit judicium Jehovæ*. Jer. 8: 7. & reprehenſionem, qua Jeſus Phariſæos compellavit: *Hypocritæ, faciem quidem cæli noſtis diſcernere, ſigna vero temporum non poteſtis?* Matth. 16: 3.

§. XXIX. Et ſi *Prophetæ ſunt ſcrutati, in quem aut cujuſmodi temporis articulum prænuncius ille, qui in ipſis erat, Spiritus Chriſti declararet eventuras Chriſto paſſiones, & gloriam illas conſecuturam*. 1 Petr. 1: 11. quid nos non facere decet, *in quos fines ſeculorum contigerunt?* 1 Cor. 10: 11. *Beatus qui legit, & qui audiunt verba prophetiæ, & ſervant ea, quæ in illa ſcripta ſunt, tempus enim prope eſt*. Apoc. 1: 3. *Hæc verba fida & vera, & Dominus Deus Sanctorum Prophetarum miſit Angelum ſuum, ut indicet ſervis ſuis, quæ oporteat fieri cito. Ecce venio cito. Beatus qui obſervat verba prophetiæ libri hujus*. Apoc. 22: 6, 7.

§. XXX.

§. XXX. Præterita equidem & præſentia Eccleſiæ fata cum ex Prophetarum vaticiniis tum ex Annalibus & experientiæ tabulis, quatenus poterimus, ſollicitè recenſebimus: ſed nemo exiſtimet, temere nos aut confidenter definituros futuri momenta temporis, quibus, quæ cupide expectantur & certo creduntur, inſignia Dei opera in orbe & Eccleſia ſint efficienda. *Non eſt veſtrum, noſſe tempora ſive opportunitates, quas Pater in ſua ipſius auctoritate poſuit*, ajebat Chriſtus ad Diſcipulos de tempore reſtituendi Iſraëli regni interrogantes. Act. 1: 7. & humana Servatoris mens hac in terra ignoravit diem ultimi judicii, Marc. 13: 32. *Rem* tenere ad pietatem & conſolationem facit; rei futuræ *tempus*, ſi quid de eo Scriptura monet, cogitare, rectum eſt & pulcrum, ſed definire velle antequam venit, plerumque vanum.

§. XXXI. Magne Deus, *meditor de omni opere tuo, de opere manuum tuarum commentor*. Pſ. 143: 5. Igitur *revela oculos meos, ut videam mirabilia in lege tua*. Pſ. 119: 18. Noſti quid olim ad ſervum tuum dixeris: *Tu Daniel abſconde verba illa, & obſigna librum uſque ad tempus finis,*

B

*nis, quo ſcrutabuntur multi, & major fiet cognitio.* Dan. 12: 4. Nunc *tempus prope eſt*, quæſo *ne obſignes verba Prophetiæ.* Apoc. 22: 10. *Redde me ſanctum veritate tua, verbum tuum veritas eſt.* Joh. 17: 17. *Circumcide ab omni temeritate, omnique mendacio, interiora & exteriora labia mea. Sint caſtæ deliciæ meæ Scripturæ tuæ, nec fallar in eis, nec fallam ex eis.* Auguſt. Confeſſ. l. 11. c. 2.

## CAPUT SECUNDUM.

### *De fatis generalibus temporum omnium & ſingularibus temporis primi, ab Adamo uſque ad Moſen.*

GEnerale fatum Filii Dei prædictum hoc eſt:

*Filius Dei erit ſemen mulieris, habebitque populum à ſe genitum, liberatum ex ſervitute Satanæ, haud tamen ſine acerbis paſſionibus & liberatoris ipſius, & liberandorum.*

Generale fatum Diaboli hoc eſt:

*Diabolus habebit populum ex ſe generatum, quo cum adverſabitur Filio Dei, ſed puniendus juſtis & graviſſimis ſuppliciis.*

Fata

Fata primi temporis ſingularia articulatim contemplemur, quorum hoc eſt primum.

ARTIC. I.

*In fine periodi tertiæ univerſus terrarum orbis cum incolis vaſtabitur aquis, ita tamen ut præter animantium cæterorum genera, aliquod Filii Dei & Serpentis ſemen ſervetur.*

Gen. 6: 3. Conf. 1 Petr. 3: 19. 2 Petr. 2: 5. Conf. Gen. 7: 11. ſeqq. 1 Petr. 3: 10. Gen. 6: 18. ſeqq. ℣. 14. Conf. Gen. 8: 13. ſeqq.

ARTIC. II.

*Terra non iterum univerſali diluvio vaſtabitur, atque denuo incolis replebitur.*

Gen. 8: 21. Etc. 9: 11, 12. ſeqq. 9: 7. 8: 17. 9: 19.

ARTIC. III.

*Deus Japheti ſtirpem longè lateque propagabit.*

Gen. 9: 27. 10: 2, 5.

ARTIC. IV.

*Semus & ejus poſteritas vivent in communione Dei.*

Gen. 10: 26, 27.

ARTIC. V.

*Canaan filius Chami erit ſervus reliquorum Chami filiorum, item Semi & Japheti.*

Ibid. ℣. 25, 26, 27. Conf. Gen. 15: 16.

## Artic. VI.

*Propter ædificationem civitatis ac turris Babylonicæ ſtructores in diſcordiam & confuſionem agentur.*

Gen. 11: 6, 7, 8, 9. 11: 4. Joſephus *Antiquit. Jud.* l. 1. c. 4. Conf. Act. 14: 16. Joſua 24: 2. Conf. Gen. 12: 1. Act. 7: 2, 3. Gen. 11: 31, 32. Gen. 12: 4, 5. Act. 7: 4.

## Artic. VII.

*Abrahamus fit Pater Meſſiæ, ſemen ſancti ipſius corporis in lumbis ſuis concipiens.*

Gen. 12: 2, 3. 18: 18. 22: 18. Galat. 3: 16.

## Artic. VIII.

*Abrahamo naſcetur ex Sara filius Iſaacus, bonorum patris ac promiſſionum ei a Deo datarum hæres.*

Gen. 15: 4. 25: 5, 6, 11. 17: 16, 19, 21. 18: 10, 14. 21: 5.

## Artic. IX.

*Iſmaëlis, Abrahæ ex Hagare Ægyptia, filii genus vehementer multiplicabitur, & creſcet in XII. familias, totidem pariturum principibus*[a], *bellicoſum*[b], *Arabiæ deſerta inhabitaturum*[c], *ſed excludendum à fœdere Dei* [d].

[a] Gen. 16: 10. 17: 20. 21: 16. 21: 13.
[b] Gen. 16: 12. [c] Ibid. [d] Gen. 17: 21. 21: 12. 25: 16. & ℣. 13, 14, 15. 21: 20, 21. Et cap. 25: 18.

Ar-

## ARTIC. X.

*Sodoma & Gomorrha ſubito evertentur, propter immania ſcelera adverſus Deum & homines commiſſa* [a]. *Typus populi Iſraëlitici ſub Veteri Teſtamento à Deo deficientis* [b], *& civitatis Chriſto infeſtæ ſub N. T. tempore* [c].

[a] Gen. 18: 20, 21. Ezech. 16: 49, 50. Gen. 19: 13. Eventus oraculo mox reſpondit. Gen. 19: 24.

[b] Eſai. 1: 9, 10. Ezech. 16: 48.

[c] Apoc. 11: 8. Deut. 32: 32.

## ARTIC. XI.

*Meſſias erit filius Iſaaci* [a], *cumulandi à Deo bonis in Cananæa* [b].

[a] Gen. 21: 12. 22: 18. 26: 4. Conf. Hebr. 11: 18. Galat. 3. 16.

[b] Gen. 26: 2, 3, 12, 13.

## ARTIC. XII.

*Iſaaco ex Rebecca naſcentur duo filii, futuri patres duorum populorum, quorum major ſerviet minori.*

Gen. 25: 23, 24, 25, 16, 33, 34. Conf. Gen. 25: 26.

## ARTIC. XIII.

*Jacobus fiet cum poſteritate compos bonorum cœleſtium ac terreſtrium, Eſavi dominus.*

Gen. 27: 28, 37. Conf. Gen. 33: 3, & ſeqq. & Gen. 28: 4.

## ARTIC. XIV.

*Eſavus cum poſteritate creſcet in pingui regione, bellicoſus, ſerviturus aliquando, deinde rebellaturus.*

Gen. 27: 39, 40. 33: 1, 9. 36: 6, 7, 8.

## ARTIC. XV.

*Meſſias erit filius Jacobi*[a], *fœdere gratiæ cum Deo conjuncti*[b].

[a] Gen. 28: 14. Num. 24: 17.
[b] Gen. 28: 15, 20, 21, 22.

## ARTIC. XVI.

*Jacobus redibit è Meſopotamia, quo parentes ipſum miſerunt vitandæ Eſavi iræ & ducendæ uxoris gratia, incolumis, quin & prole & pecude auctus, in Cananæam.*

Gen. 28: 15. 31: 24. 32: 1. 31: 3. 30: 43. 31: 17, 18. 32: 10. 33: 18.

## ARTIC. XVII.

*Joſephus Jacobi ex Rachele filius, extollctur ad magnos honores in Ægypto, honorandus à parentibus & fratribus.*

Gen. 37: 6, 7, 9. 39: 40: 41.

## ARTIC. XVIII.

*Jacobus cum tota familia è Cananæa abit in Ægyptum preſſus fame*[a]: *imago fidelium Novi Teſtamenti, quos penuria cibi animæ in Ægyptum myſticam ejecit*[b].

[a] Gen. 15: 13. 46: 3, 4, 6. 45: 67. ſeqq. Gen. 47: 9.
[b] Apoc. 6: 6. 11: 8.

## ARTIC. XIX.

*Jacobi familia ex* LXX. *capitibus conſtans*[a], *creſcit in Ægypto in populum innumerabilem*[b]: *uti & ſectatores Chriſti in regno Antichriſtiano fœcundiſſime aucti ſunt*[c].

[a] Gen. 46: 26, 27. Act. 7: 14. Gen. 46: 20.
[b] Gen. 12: 2. 15: 5. 17: 5, 6. 26: 4. 28: 14. 46: 3. Numer. 1: 45, 46. Deut. 10: 22. Exod. 1: 7, 12.
[c] Apoc. 7: 4. 9.

## ARTIC. XX.

*Multiplicati Iſraëlitæ graviſſima in Ægypto premuntur ſervitute*[a], *typus Iſraëlis myſtici ab Antichriſto in ſpirituali Ægypto opprimendi*[b].

[a] Gen. 15: 13, 14. Exod. 1: 13, 14. 5: 9. 6: 9.
[b] Apoc. 13: 7.

## ARTIC. XXI.

*Sed quarta generatione*[a] *è domo ſervitutis educuntur potente manu*[b], *ſpoliis Ægyptiacis onuſti*[c]. *poſt exactam* CCXV. *annorum moram.*

[a] Gen. 15:16. 46:11. Exod. 6:18, 20, 23, 25. 12:40. Gal. 3:17. Gen. 12:10. Hebr. 7:9, 10. Gen. 14:17-20. Joſephus *Antiquit. Jud.* l. 2. c. 6. Gen. 15:13. 21:4. Gal. 4:29.

[b] Gen. 50:24. Exod. 3:8. 6:6. 7:4, 5.

[c] Gen. 15:14. Exod. 3:21, 22. 11:2. 12:35, 36, 37.

## ARTIC. XXII.

*Sed Ægyptii, prius quam Iſraëlem dimiſerunt, ſeveriſſimis à Deo plagis percutiuntur*[a], *exemplum Ægypti myſticæ olim condemnandæ*[b].

[a] Exod. 3:20. 7:3, 8, 9, 10, 12. Capp. Pſ. 78:50.

[b] Apoc. 16.

# CAPUT TERTIUM.

## *De membris ſecundi temporis ab exitu Iſraëlitarum ex Ægypto, uſque ad mortem Chriſti.*

§. I. Secunda Eccleſiæ ætas commode in ſeptem iterum periodos dividi po-

poteſt, quarum I. ab exitu ex Ægypto ad occupationem terræ Cananææ: II. ab occupatione Cananææ ad regnum Saulis: III. à regno Saulis ad ſciſſionem regni ſub Roboamo: IV. à ſciſſione regni ad captivitatem Babylonicam: V. à captivitate Babylonica ad liberationem ex ea: VI. à liberatione ex captivitate Babylonica ad Judam Maccabæum adminiſtrationem Reip. Judaicæ ſuſcipientem: & VII. à Juda Maccabæo ad Jeſu Chriſti mortem extenditur.

§. II. Durante periodo *prima* populus contumax vagatur in deſerto, & exſcinditur univerſus præter Joſuam & Calebum. Dum *ſecunda* circumagitur, proles nova, eaque valde numeroſa, potitur hæreditate promiſſa, & vivit in Cananæa ſub Judicibus. Tempore *tertio* ſpernit regimen Dei, cupitque aliarum more gentium regnari à Regibus. Periodum *quartam* extendo propterea uſque ad captivitatem Babylonicam, ut repræſentem fatum totius populi Iſraëlitici, atque defectionem & pœnam utriuſque regni, Samaritani & Hieroſolymitani. Ita Deus juſſit Ezechielem portare peccata totius domus Iſraëlis, ſi-

ve omnium 12 tribuum uno eodemque intervallo ex cccxc. diebus vel annis conſtante. Ezech. 4: 4, 5. Nam ſciſſionem humano arbitrio factam tolerans juſtè, non niſi unum Iſraëlem judicavit duodecim tribus. 2 Reg. 17: 18. Tempus *quintum* exegit populus Judaicus in terra peregrina, ſuas tamen leges & Reip. formam ſervans. *Sexto* reverſus in Cananæam numero & opibus creſcit, urbem ac templum inſtaurat, ſed affligendus modo ab Ægyptiis, modo à Syris, tepente religionis ſtudio ac moribus corruptiſſimis. Tandem ætate *ſeptima* Victor hoſtium repurgat templum, debellat Idumæos, ſubjicitur Romanis & inviſitur à Meſſia, ſed ejus horrenda cæde internecionem & Reip. deſtructionem meretur.

§. III. Sed & varia occurrunt legis Moſaicæ inſtituta, è quibus non abſurdè conjicitur, ſeptem à Deo Reip. Hebraicæ ætates fuiſſe præſtitutas. Cur enim ſeptem diebus, neque pluribus neque paucioribus, durabat feſtum Azymorum & Tabernaculorum? Cur feſto Paſchatis, Pentecoſtes & Tubarum? cur die primitiarum & expiationis magnæ ſep-

ſeptem præciſe immolabantur agni annui? Cur inaugurandus Pontifex maximus ſeptem diebus induebatur veſtibus ſacris? cur totidem diebus morari in Tabernaculo debebat? cur altare holocauſti ſeptem diebus conſecrabatur, & ſepties oleo ſacro conſpergebatur? cur natus maſculus virque ſeminis ac mulier ſanguinis laborans profluvio, & homo lepra percuſſus, aut cadaver tangens, ſeptem diebus reputabatur immundus? Cur tentorio congregationis ſepties aſpergebatur ſanguis vaccæ rufæ? cur annus ſeptimus deſtinabatur quieti? cur ſeptimo quovis anno lex publicè legebatur coram toto Iſraële? cur candelabrum aureum ſeptem habebat lampades? cur à ſecundo Paſchatis die uſque ad Penteco ſten ſepties ſeptem numerabantur dies? Nempe ſignificabatur, populum Iſraëliticum ſeptem eſſe ætatibus ſerviturum tabernaculo, & mactatis pecudibus teſtaturum impuritatem ſuam, donec ſub finem ætatis ſeptimæ Meſſias fuſo ſanguine peccata noſtra expiet, quietem animarum afferat, lætumque nuncium de remiſſione delictorum & gratia Spiritus S. ubivis terrarum divulget. Si quis au-

autem interpellet, placita legis Moſaicæ umbram eſſe corporis Novo Teſtamento exhibendi, non invitus id dabo, modo & concedatur, eo propius ad fata Iſraëlitarum pertinuiſſe.

§. IV. Periodus prima in deſerto circumacta complectebatur XL. annos. Nam Moſes Iſraëlem ex Ægypto educens natus erat annos LXXX. Exod. 7: 7. & moriebatur anno vitæ CXX. Deut. 34: 7. paulo ante quam cum populo Jordanem tranſiret, Joſ. 1. ſeqq. *Circiter quadraginta annorum tempus mores eorum pertulit in deſerto*. Act. 13: 18.

§. V. Periodus ſecunda à Cananææ occupatione ad regnum Saulis erat annorum CCCLVI. qui numerus ſic invenitur. Ab exitu Iſraëlitarum ex Ægypto uſque ad ſtructuram templi anno regni Salomonis quarto cœptam ſunt anni CCCCLXXX. 1 Reg. 6: 1. inde ſi ſubducantur quatuor Salomonis, quadraginta Davidis. 2 Sam. 5: 4: totidem Saulis. Act. 13: 21. & moræ in deſerto, in univerſum anni CXXIV. relinquuntur Joſuæ ac
480 cæteris Judicibus CCCLVI. Nec obſtat l.
124 Act. 13: 20. μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρα-
356 κοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σα-
μουήλ

*μϰὴλ τȣ̃ προφήτȣ. poſt hæc velut annis 450. dedit Judices uſque ad Samuelem Prophetam.* Etenim rectè obſervarunt Viri docti Paulum hiſce verbis non innuere, quod regimen populi Hebraici fuit penes Judices annis 450. Sed quod Deus illi dederit Judices poſt res intra annos velut 450. geſtas, uſque ad occupatæ Cananææ diſtributionem, de qua agitur ℣. 19. ſcil. à nato Iſaaco ad exitum poſteritatis ejus ex Ægypto effluxerunt anni 405. in deſerto 40. poſt ingreſſum in Cananæam ad ejus diſtributionem 6. qui additi conficiunt annos 451. Etiam verba hæc, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις ϰ̀ πεντήκοντα, in nonnullis codicibus referri ad ℣. 19. monet Uſſerius Chronol. ſ. p. 1. c. 12. & Curcellæus ad h. l.

§. VI. Tertia periodus ab initio regni Saulis ad ſciſſionem regni ſub Roboamo Salomonis filio decurrens, continet annos 120. nam Sauli, Davidi ac Salomoni, ſingulis Iſraëlitarum Regibus, S. paginæ quadraginta annos tribuunt.

§. VII. Quarta à ſciſſione regni uſque ad captivitatem Babylonicam protenditur, & continet annos CCCLXXI. qui omnium facillimo & certiſſimo hoccemodo in-

inveniuntur. A ſciſſione regni uſque ad expugnationem Hieroſolymorum per Nebucadnezarem præterfluxerunt anni præciſe cccxc. Ezech. 4: 5, 9. Captivitatem Babylonicam cœpiſſe anno Jojakimi quarto ineunte, probabimus ſuo loco, & poſt eam regnavit Rex impius adhuc annos octo 2 Reg. 23: 37. ejuſque filius Jechonias menſes tres, c. 24: 8. Zedekias vero annos undecim, ℣. 18. uſque ad captas à Chaldæis Hieroſolymas: qui anni octo & undecim additi faciunt novendecim, & ſubtracti ab annis cccxc. relinquunt CCCLXXI.

§. VIII. Quintam periodum captivitate Babylonica inſignem definiunt ſcripta Prophetica annis LXX. Jer. 25: 10 & 29: 11. Dan. 9: 2. 2 Chron. 36: 21. deſinentibus in annum primum Regis Cyri, 2 Chron. 36. 22. Eſdr. 1: 1. & 63. poſtquam capta Babele univerſam regionem ſub ſuam redegiſſet poteſtatem. Inveniuntur autem hac ratione: Beroſus apud Joſephum l. 1. c. Apion. Nebucadnezari tribuit annos XLIII. Evilmerodacho ejus filio & ſucceſſori II. Nerigliſſori IV. Laboroſardocho, qui Scaligero eſt Belſazar Danielis, menſes novem.

So-

Solus tam diu regnavit, ſed quatuor annos ſub Patre, qui ſe pro tutore filii in regno videtur geſſiſſe, unde Daniel tertium ejus regni annum memorat, c. 8: ℣. 1. Nabonido, Danieli Dario Medo annos XVII. Eſt ſumma annorum LXVII. ſi ad novem Belſazaris menſes addantur tres, quos cæteros Babyloniæ Reges regnaſſe ultra annos à Beroſo numeratos ponimus; conſentit Ptolemæi Canon, niſi quod Laboroſardochum novem menſibus regno potitum omittit: ut mendoſa omnino ſit lectio apud Joſephum *Antiquit. Jud.* l. 10. c. 12. ubi Evilmerodacho anni 18. & Nigliſaro 40. tribuuntur in Edit. Francof. p. 350. ſed Nebucadnezarem patre Nabopollaſaro adhuc vivente, per biennium circiter regia poteſtate fuiſſe auctum, ex quo ſcil. juſſu paterno expeditionem adverſus rebellantem Ægypti, Syriæ & Phœniciæ Satrapam ſuſcepit, viri ſtudiis hiſce innutriti feliciter inde colligunt, quod annus regni Evilmerodachi primus ſit captivitatis Jechoniæ triceſimus, Jerem. 52: 31. 2 Reg. 25: 27. & Jojakimi annus inchoans quartus, regni Nebucadnezaris primus, Jerem. 25: 1. à quo uſque ad captum Jechoniam efflu-

xerunt

xerunt anni octo, Jojakimus enim Hieroſolymis regnavit annis undecim. 2 Reg. 23: 37. 2 Chron. 36: 5. qui octo anni adjecti ad triginta & ſeptem à Jechonia Babele exactos, conficiunt annos quadraginta & quinque regno Nebucadnezaris adſcribendos. Id quod ex hiſtoria Danielis amplius & irrefragabili argumento confirmatur. Nam Propheta captivus abducitur anno Nebucadnezaris primo. Jer. 25: 1. abductus in aula regia educatur ſolidis tribus annis. Dan. 1: 5. quibus elapſis ℣. 18. ſiſtitur Regi, & inſignia ſapientiæ ſpecimina cum ſociis præbet. ℣. 19, 20. Ita habemus annum Nebucadnezaris quartum, qui idem eſt ſecundus, quo Regi ſomnium de mirabili coloſſo explicuit, c. 2. ℣. 1. Neque eſt difficile, diverſitatis epochæ Nebucadnezaris à Jeremia & Daniele adhibitæ rationem reddere. Nam Daniel in Chaldæa cum Chaldæis inchoat regnum Nebucadnezaris à morte Patris Nabopollaſaris, & Jeremias in Judæa cum Judæis ab expeditione Nebucadnezaris, quam Patris mortem biennio prævertiſſe oſtendimus. Ita habemus annos Regum Chaldæorum ſexaginta & novem, quibus ſi ad-

addatur unus & primus Cyri, quo poſt occupatam Babyloniam edicto publico Judæis domum redire permiſit, prodibit annus LXX. quo finiri captivitas debuit.

§. IX. De principio LXX. annorum captivitatis Babylonicæ veteres & recentes ſcriptores vehementer diſputarunt, quorum opiniones colligit *Natal. Alexander* diſſert. III. ad VI. mundi ætatem. Sed niſi numerentur ab anno quarto ineunte Jojakimi, nullo modo invenientur. Eodem quoque anno Jeremias primum eſt de hiſce LXX. annis vaticinatus, Jerem. 25: 1., 11. Et feliciter tota poteſt componi controverſia, ſi captivitas incolarum primum à captivitate vel deſolatione urbis & vaſtatione totius terræ, deinde varii gradus captivitatis incolarum à ſe invicem diſtinguantur.

§. X. Gradus captivitatis incolarum ſunt quatuor, nam *Prima* pars eorum fuit abducta Babelem anno Jojakimi quarto ineunte, inter quos erat Daniel cum ſociis. Dan. 1: 1, 6. item anno Jojakimi undecimo, ſive Nebucadnezaris ſeptimo ter mille ac viginti tres. Jerem. 52: 28. *Secunda* pars ſub Jechonia trium men-

ſium Rege poſt obitum Jojakimi, anno Nebucadnezaris octavo. 2 Reg. 24. 10-16. *Tertia* pars ſub Zedekia anno regni ejus undecimo. 2 Reg. 25: 2, 11. qui erat Nebucadnezaris decimus octavus. Jerem. 52: 29. *Quarta* pars anno Nebucadnezaris viceſimo & tertio. Jer. 52: 30. qui erat poſt incenſas Hieroſolymas quintus.

§. XI. Pariter Judaica terra non ſimul & ſemel tota, ſed per gradus & partes diverſis vicibus eſt à Chaldæis vaſtata. Atque initium deſolationis ab anno Jojakimi tertio finiente & quarto ineunte arceſſere nullus dubito, eſt enim plusquam veri ſimile, hoſtilem exercitum non ſine incendio, rapina & cædibus in agros & oppida irrupiſſe. Certe tum jam Nebucadnezar partem vaſorum templi ſpoliavit & Babelem abſtulit. 2 Chron. 36: 7. egit enim cum Jojakimo velut cum principe rebelli & perjuro, quæ crimina luere ſolent incolæ. Deinde Jechonia regnante Judæa privatur maxima inquilinorum parte, theſaurique & vaſa templi diripiuntur. 2 Reg. 24: 10-16. ut plurimi agri manſerint inculti ob paucitatem hominum. Tandem & undecimo Zedekiæ regni anno comburuntur Hieroſolymæ. 2 Reg. 25: 8, 10.

§. XII.

§. XII. Si quis tamen vaſtatæ terræ annos LXX. velit numerare ab incendio Hieroſolymarum, quia Daniel c. 9: ℣. 2 teſtatur, Jeruſalem fore LXX. annis deſolatam, non repugnamus. Nec enim fuit primò anno Cyri reædificata, quo finiebatur captivitas Judæorum ac decem tribuum, ſed demum ſub Dario, qui num fuerit Hyſtaſpides an Darius Nothus diſputabitur ſuo loco. At captivitatem incolarum à deſolatione urbis diverſo modo numerandam Ezechiel ipſe docet, monens annum ſuæ captivitatis (erat verò abductus cum Rege Jechonia) viceſimum quintum, eſſe annum percuſſæ urbis decimum quartum. Ezech. 40: 1. Quod ſi ad annum Ezechielis XXV. addantur octo qui effluxere à primo captivitatis gradu ad ſecundum, colligitur inde, Danielem cum Sociis jam triginta tres annos in Babylonia egiſſe, quando Ezechiel in viſione novum templum vidit.

§. XIII. Sexta periodus pertingit à liberatione ex captivitate Babylonica ad Judam Maccabæum gubernacula Reip. Judaicæ ſuſcipientem, & continet annos CCCLXXIII. quos iſta ratione inveni-

nimus. Monarchiæ Perſicæ à præſtanti-
ſſimis Chronologis tribuuntur anni
CCXXVIII. è quibus Cicero l. 1. de divin.
triginta in Cyrum transſcribit. Sed ab
iis ſunt ſubtrahendi anni viginti & unus,
quibus regnavit ante captam Babelem,
ſolutamque captivitatem Babylonicam;
nam poſt Babelis occupationem in Ca-
none Ptolemæi dicitur regnaſſe annis
novem. Igitur à ſoluta captivitate uſ-
que ad prælium ad Gangamela habitum,
quo victor Alexander M. Aſiæ obtinuit
regnum, elapſi ſunt anni CCVII. Poſt vi-
ctum Darium regnavit Alexander annis
octo, & Seleucus Babylonem capit an-
no poſt obitum Alexandri duodecimo,
unde incipit æra Seleucidarum, cujus
anno CXLVI. Judas Maccabæus principa-
207 tum accepit, 1 Macc. 2: 69. & 3: 1. Jo-
8
12 ſeph. A. J. l. 12. c. 9. Adde CCVII. VIII.
146 XII. & CXLVI. habebiſque annos CCCLXXIII.
—— §. XIV. Atque hunc calculum Euſe-
373 bii confirmamus teſtimonio, cujus hæc
in l. 8. demonſtr. Euangel. verba legun-
tur Latine: *Oniæ temporibus cum Seleu-
cus Babylonem cepiſſet, Aſiæ ſibi diadema
circumdedit, anno poſt Alexandri mortem
duodecimo. Ad quem à Cyro incipientibus,
om-*

*omnis temporis ſumma annorum ducentorum quadraginta octo colligitur. Ab hoc ipſo tempore Græcorum regnum numerare incipit Maccabæorum hiſtoria.* p. 393.

§. XV. Septima & ultima ſecundi temporis periodus à principatu Judæ Maccabæi ad mortem Jeſu Chriſti, definitur annis 193. hoc modo numerandis. Joſephus teſtatur, Aſmonæos Rep. eſſe potitos annis cxxvi. *Antiq. Jud.* l. 14. c. 18. atque Herodem poſt devictum Antigonum regnaſſe annis xxxiv. l. 17. c. 10. ſub finem autem vitæ Herodis, ſive anno regni ejus ultimo, natus eſt Jeſus Chriſtus, qui in hoc mundo vixit annis xxxiv. Adde 126. 34. & 33. habebiſque annos cxciii. Primus enim Jeſu Chriſti & Herodis ultimus annus in calculo unus ſolum eſt. Quæſtiones de anno Herodis emortuali, item de anno, quo Jeſus natus, inauguratus muneri, & paſſus fuit, ſub quibus puta Conſulibus, non ſunt hujus loci.

## CAPUT QUARTUM.

### *De fatis cum Iſraëlitarum tum aliorum populorum, tempore ſecundo, ab exitu ex Ægypto ad ſciſſionem regni Iſraëlitici.*

§. I. Fata ſecundi temporis cum populum Iſraëliticum, tum alias gentes ſpectantia recenſituri diſtinctum obſervabimus periodorum ordinem, intra quas illa contigerunt. Et quidem in periodo prima ſecundi temporis.

ARTIC. I.

*Iſraëlitæ ex Ægypto educti recipiuntur in fœdus Dei velut illius peculium ac regnum ſacerdotale.*

Gen. 17: 7. Exod. 19: 5, 6, 8. Levit. 26: 12. Jerem. 7: 22, 23. Conf. Ezech. 16: 6-8. Exod. 19-24. Capp.

ARTIC. II.

*Ægyptii cum Pharaone perſequentes dimiſſum Iſraëlem in mari rubro ſubmerguntur* [a], *terror vicinarum gentium* [b], *& exemplum illuſtre excidii omnium Eccleſiæ Dei hoſtium* [c].

Exod.

a Exod. 14: 13, 14, 17. Complementum hujus prædictionis habetur ℣. 27, 28. Conf. Pſ. 106: 10, 11. Exod. 15: 1. ſeqq.

b Exod. 15: 14, 15, 16. Fatidicum Moſis carmen probavit eventus. Num. 22: 3. Sic Rachab ad exploratores Joſ. 2: 9, 10. Joſ. 5: 1. Conf. Joſ. 2: 24. 9: 24.

c Joël 3: 19. Eſai. 41: 11, 12.

## ARTIC. III.

*Iſraëlitæ violatores fœderis cum Deo pacti per cultum vituli puniuntur ſtatuto tempore* [a], *necantur potita carne* [b], *mordentur ab ignitis ſerpentibus* [c]; *in Ægyptum redire vel mori in deſerto cupientes* [d], *in eodem errant* XL. *annis* [e], *donec omnes præter Joſuam & Calebum perierint* [f].

a Exod. 32: 8, 34.

b Num. 11: 4, 18, 19, 20, 31, 33. Pſ. 78: 26-31.

c Num. 21: 6. Joh. 3: 14, 15.

d Num. 14: 2, 4.

e Num. 14: 33, 34. Deut. 1: 3. 2: 7, 14. Adde Pſ. 95: 10, 11. Deut. 8: 2, 4.

f Num. 14: 28, 29, 30. Deut 2: 15, 16. Adde Num. 32: 11, 12. Deut. 1: 35-38. Joſ. 5: 4-7.

## ARTIC. IV.

*Cibati prius Manna cœleſti* [a], *ac rigati aqua fluente è petra* [b] *cibum potumque animæ ſignificantibus* [c]: *& poſiti in* XLII. *ſtatio-*

*tionibus, quæ moram Eccleſiæ Chriſtianæ in deſerto per* XLII. *menſes adumbrarunt* [d].

[a] Exod. 16: 12, 14, 15. Pſ. 78: 24, 25.
[b] Exod. 17: 6. Num. 20: 8, 10, 11. Pſ. 78: 20.
[c] Joh. 6: 32, 35. 1 Cor. 10: 3, 4.
[d] Num. 33: 1–49. Apoc. 12: 6. Apoc. 11: 2.

## ARTIC. V.

*Korabo, Dathane & Abiramo aliiſque rebellibus* [a] *à terra abſorptis* [b], *vel igne conſumtis* [c]: *aliis idola Moabitica colentibus* [d] *ſuſpendio aut peſte interemtis* [e] *ipſo etiam Moſe & Aarone in deſerto mortuis* [f].

[a] Num. 16: 1, 2. [b] Num. 16: 30, 31, 32, 33.
[c] Num. 16: 35. Vid. Pſ. 106: 17, 18.
[d] Num. 25: 1, 2.
[e] Num. 25: 4, 5, 9. 1 Cor. 10: 6.
[f] Num. 20: 5, 28. Deut. 34: 1, 5. Conf. Num. 27: 12–15. Deut. 1: 37. & 3: 23. & 4: 21, 22.

## ARTIC. VI.

*Filii Iſraëlitarum in deſerto mortuorum* [a] *multiplicati ſupra fidem* [b] *ac numerati in campo Moabitico ad Jordanem per Moſen & Eleazarum* [c], *Cananæam Abrahamo, Iſaaco & Jacobo promiſſam* [d] *duce Joſua occupant* [e].

[a] Num. 14: 31. Joſ. 5: 7. [b] Num. 26: 51, 64. Gen. 17: 6. 15: 5. [c] Num. 26: 3. [d] Gen. 12: 6, 7. 17: 8. Conf. Gen. 15: 18. 26: 3. 28: 13. [e] Deut. 3: 28. Joſ. 1: 6.

ARTIC. VII.

*Ac Rubenitis quidem & Gaditis cum dimidia tribu Manaſſis petentibus dabatur regio cis Jordanem ſita, quæ pertinuerat ad regulos Sihonem & Ogum gigantem.*

Num. 32: 33. Deut. 3: 12, 13. Conf. Num. 32: 1. ſeqq. & 34: 14, 15. Joſ. 12: 1-6. & 13: 8. ſeqq.

ARTIC. VIII.

*Jordan aquis conſolidatis ſiccum Iſraëli præbet tranſitum* [a], *Hierichuntis muri die ſeptimo ad ſeptimum ſeptem tubarum clangorem collabuntur* [b], *Ai per inſidias capitur* [c], *Gibeonitæ fiunt Iſraëlitarum lignatores & aquatores* [d].

[a] Joſ. 3: 7, 13, 15, 16, 17. Conf. Apoc. 16: 12.
[b] Joſ. 6: 3, 4, 5, 20. Apoc. 8: 2. 11: 15.
[c] Joſ. 8: 1, 2, 18, 19.
[d] Joſ. 9: 23, 27. 2 Chron. 2: 18.

ARTIC. IX.

*Regio trans Jordanem jacens diſtribuebatur inter reliquas novem tribus ac dimidiam Manaſſis alteram* [a], *Levitis nullam* [b], *Joſepho geminam portionem accipientibus* [c]; *Simeonitis autem in varias plagas diſperſis* [d].

[a] Joſ. 12: 7, 8, 9–24. 13: 2, 3, 5, 6, 9. [b] Joſ. 14: 3. 13: 14, 33. 21: 3. Num. 35: 2, 3. [c] Joſ. 14: 4. Conf. Joſ. 16, 17. capp. Gen. 48: 5. [d] Gen. 49: 7. Joſ. 19: 1. 1 Chron. 4: 38–43.

## ARTIC. X.

*Joſua ſingulariter & Calebus propter conſtantiam accepere in Cananæa partem ſuam, is in Ephraimi* [a], *hic in Judæ hæreditate* [b].

a Joſ. 19: 50. b Deut. 1: 36. Num. 14: 24. Joſ. 14: 13. Judic. 1: 1, 8. ſeq. Joſ. 10: 36, 37. 14: 7.

## ARTIC. XI.

*Rubenitæ in Cananæa reliquas inter tribus nulla eminuerunt dignitate* [a], *uti excelluerunt tribus Levi* [b], *Joſephi* [c], *Benjaminis* [d], *ac præſertim Judæ* [f].

a Gen. 49: 3. Judic. 5: 15, 16.
b Deut. 33: 10.
c 1 Chron. 5: 1. Judic. 6: 25. 11: 1. 10: 3. 5: 14.
d Gen. 49: 27. Judic. 3: 15. 1 Chron. 8: 10. 1 Sam. 9: 1, 2.
e Gen. 49: 16, 17. Judic. 16: 31.
f Gen 49: 8. Judic. 1: 1, 2.

## ARTIC. XII.

*Sic completa ſcelerum menſura* a *multi Cananæorum ab Iſraëlitis Deo jubente necantur* [b], *multi in fugam acti longè lateque diſſipantur* [c]: *qui relinquuntur incolumes populo Dei offendiculum fiunt* [d].

a Gen. 15: 16. b Exod. 23: 23, 27. Num. 21: 23, 24, 35. c Exod. 23: 28. d Exod. 23: 32, 33. Num. 33: 55. Judic. 1: 21. ſeqq. 2: 2, 3. Conf. vſ. 20–23. 3: 1, 3.

AR-

## ARTIC. XIII.

*Nam Joſua & omnibus Iſraëlitis, qui erant in Cananæam introducti, mortuis* [a], *illorum filii, nova generatio* [b] *contra Dei præceptum* [c], *at convenienter Moſis prædictioni* [d] *cum Cananitis matrimonium inierunt* [e], *& Deos eorum coluerunt* [f].

[a] Judic. 2: 8, 10. [b] Judic. 2: 10. [c] Exod. 34: 16. Deut. 7: 3. [d] Deut. 7: 4. [e] Judic. 3: 5, 6. [f] Judic. 2: 13. 3: 6, 7.

## ARTIC. XIV.

*Graviſſimis propter hæc ſcelera ſervitutibus ab intermixtis ac vicinis populis opprimendi* [a], *perituris in poſtrema Heli filiis* [b], *& arca fœderis amittenda* [c], *ad lethiferum Heli terrorem* [d].

[a] Judic. 2: 14. 3: 8, 14. 4: 2, 3. 6: 1. 10: 7-9. 13: 1. 1 Sam. 4: 1-11. Levit. 26: 16, 17. Deut. 4: 26. [b] [c] 1 Sam. 2: 36. 4: 11. [d] 1 Sam. 4: 18.

## ARTIC. XV.

*Reſipiſcentibus tamen Jehova miſit vindices ſalutis* [a] *ac liberationem ex hoſtium poteſtate aliquando ſolemni legatione prædixit* [b].

[a] Exod. 15: 15. Num. 24: 17. Judic. 3: 9, 10. 4: 4. ſeqq. 7: 19. ſeqq. 11: 32, 33. c. 15: & 16: [b] Judic. 4: 6, 7. 6: 17. ſeqq. 13: 2.

## ARTIC. XVI.

*Petentibus ex tædio Judicum, Samuelis filiorum, Regem,* [a] *datur Saul Benjamita* [b], *victurus Ammonitas* [c], *Philiſthæos* [d] *& Amalekitas* [e]; *tandem & ipſe ſuperandus cum exercitu à Philiſthæis* [f].

[a] Gen. 17:6, 16. Deut. 17:14, 15. Num. 24: 7. 1 Sam. 8:5. [b] 1 Sam. 9:16. 10:21. [c] 1 Sam. 11:11. [d] 1 Sam. 9:16. 14:22. 17:52, 53. Deut. 2:19. 1 Sam. 11:1. [e] Exod. 17:14. Num. 24: 20. 1 Sam. 15:7, 8. [f] 1 Sam. 28:19. 31:1, 2.

## ARTIC. XVII.

*Saule rejecto* [a] *dignitas regia confertur tribui Judæ* [b] *in Davide* [c] *ac ſucceſſoribus è Davide oriundis* [d].

[a] 1 Sam. 13:14. 15:11, 26. Conf. Ezech. 21: 25–27. Dan. 2:21. [b] Gen. 49:10. [c] 1 Sam. 16: 13. Conf. Matth. 1:3–6. 1 Chron. 28:4. [d] 2 Sam. 7:16, 29.

## ARTIC. XVIII.

*Quare mortuo Saule David primo tribus Judæ* [a], *deinde interfecto Isboſetho* [b], *quem Abner imperator XI. tribubus præfecerat* [c], *totius Iſraëlis Rex inauguratur Hebrone* [d].

[a] 2 Sam. 2:4. [b] 2 Sam. 4:7, 8: Vid. 2 Sam. 3. [c] 2 Sam. 2:9. [d] 2 Sam. 5:3. 1 Sam. 16:1. 2 Sam. 3:1. 6:21.

## ARTIC. XIX.

*David Rex ſecundum vaticinia vincit Philiſthæos* [a], *Moabitas* [b], *Idumæos* [c], *Syros* [d], *Ammonitas* [e], *Amalekitas* [f].

[a] 2 Sam. 5: 14, 20. 2 Sam. 8: 1. [b] Num. 24: 17. 2 Sam. 8: 2. [c] Num. 24: 18. 2 Sam. 8: 14. [d] 2 Sam. 8: 3, 5, 6. 10: 18. Conf. 2 Sam. 8: 9–12. Pſ. 60. & Joſeph. Antiq. Jud. l. 7. c. 6. [e] 2 Sam. 12: 29, 31. [f] 2 Sam. 8: 11, 12.

## ARTIC. XX.

*Sed propter adulterium cum Bathſeba patratum, Uriæque mariti cædem* [a], *punitur plagis à Nathane prædictis, rebellione filii Abſolomis* [b], *paternas pellices vitiantis* [c], *defectione Sebæ* [d] *& perpetuis bellis* [e].

[a] 2 Sam. 11: 2. ſeqq. [b] 2 Sam. 12: 11. 15: 1, 4. [c] 2 Sam. 12: 11. 16: 22. [d] 2 Sam. 20: 1, 2. [e] 2 Sam. 12: 10. 21: 15, 18, 19, 20.

## ARTIC. XXI.

*Inſtinctu Satanæ numerat populum* [a], *puniendus ob hunc faſtum peſte* [b], *tertio autem die ceſſatura* [c], *holocauſto in area Arnanis Jebuſæi oblato Jehovæ* [d], *ubi poſt exſtructum Salomonis templum* [e].

[a] 1 Chron. 21: 1–4. Conf. Exod. 30: 12, 13. [b] 2 Sam. 24: 11–17. 1 Chron. 21: 12. 2 Sam. 21: 1. [c] 2 Sam. 24: 19. [d] 1 Chron. 21: 18. 2 Sam. 24: 18, 25. 1 Chron. 21: 26, 27. [e] 1 Chron. 22: 1. 2 Chron. 3: 1.

## ARTIC. XXII.

*Davidi adhuc vivo* [a] *ſubſtitutus Dei juſſu* [b], *in ſolio Salomo* [c], *qui in regni primordio Abjatharem removet* [d], *& Zadocum ſacerdotio præficit* [e], *ut impleretur comminatio Heli facta* [f] *& promiſſio data Pinehæ in deſerto* [g].

a 1 Reg. 1: 28. b 1 Chron. 28: 5. c 1 Reg. 1: 39, 43. d 1 Reg. 2: 26. e 1 Reg. 2: 35. f 1 Reg. 2: 27. 1 Sam. 2: 20. Conf. 1 Sam. 3: 13, 34. & 1 Sam. 22: 9, 11, 20. 14: 3. g Num. 25: 13. Vid. Joſephus Antiq. Jud. l. 7. c. 6. Conf. 1 Chron. 6: 50–53.

## ARTIC. XXIII.

*Salomo Rex ſecundum oracula floret ſapientia* [a], *divitiis* [b], *pace* [c], *populi frequentia* [d], *ac Deo templum ſtruit* [e].

a 1 Chron. 22: 12. 1 Reg. 3: 12. Conf. 1 Reg. 10: 1. ſeqq. Matth. 12: 42. 1 Reg. 3: 9. b 1 Reg. 3: 13. 10: 14, 27. c 1 Chron. 22: 9. 1 Reg. 4: 24, 25. d 1 Reg. 4: 20. e Exod. 20: 24. 25: 8. 29: 45, 46. 1 Chron. 22: 10. 28: 3, 6. Conf. 2 Sam. 7: 12, 13. 1 Reg. 6: 1, 37, 38.

## ARTIC. XXIV.

*Sed à mulieribus ſeductus in ſenio colit idola* [a], *quod crimen luit ſciſſione regni ſub filio futura* [b] *& præcedentibus eam novorum Idumææ* [c] *& Syriæ* [d] *regulorum motibus,*

*bus, ſuo tempore graviſſime populo Iſraëlitico incommodaturorum* [e].

[a] 1 Reg. 11: 4, 5, 7. [b] 1 Reg. 11: 11–14. [c] 1 Reg. 11: 14. [d] 1 Reg. 11: 23. [e] *Clades, quas Iſraëlitæ & Judæi diverſis temporibus ab Idumæis & Syris acceperunt, memorantur capp.* XIV. XV.

## CAPUT QUINTUM.

## *De fatis XII. tribuum à ſciſſione regni uſque ad principium captivitatis Babyloniæ ſub Jojakimo.*

### ARTIC. I.

*Roboamus juvenili conſilio amittit decem tribus* [a], *quæ ex Ahiæ vaticinio* [b] *regnum Jeroboamo Ephraimitæ conferunt* [c].

[a] Reg. 12: 17, 19. Eccl. 2: 18, 19. [b] 1 Reg. 11: 31. 1 Reg. 11: 40. [c] 1 Reg. 12: 20.

### ARTIC. II.

*Eopſe anno Jerobamus duos vitulos aureos, unum in Bethele, alterum in Dane collocat adorandos* [a]: *quare Deus excidium familiæ ipſius minatur* [b], *peractum à Baëſa Iſaçcharæo* [c], *atque hinc ordiendi ſunt*

CCCXC.

CCCXC. *anni peccatorum domus Iſraëlis* [d].

[a] 1 Reg. 12: 28, 29. [b] 1 Reg. 14: 10. [c] 1 Reg. 15: 25–29. 14: 20. [d] Ezech. 4: 4, 5. 12: 30. Conf. 1 Reg. 16: 9. ſeqq.

ARTIC. III.

*Altare ab impio Rege ſtructum ſcinditur ac cinis effunditur* [a]; *arefacta ejus manus a Propheta ſanatur* [b]: *ſed hic contra Dei mandatum* [c], *in Bethele cibum ſumens* [d], *a leone devoratur* [e].

[a] 1 Reg. 13: 3, 5. [b] 1 Reg. 13: 4, 6. [c] 1 Reg. 13: 8, 9. [d] 1 Reg. 13: 19. [e] 1 Reg. 13: 22, 24. Conf. Apoc. 2: 20. Apoc. 18: 4. 1 Joh. 5: 21.

ARTIC. IV.

*Tum Iſraëlitæ omnes, exceptis melioribus, qui ad colendum verum Deum Hieroſolymas venerunt* [a], *poſt ejectos ſacerdotes ac Levitas è regno Jeroboami* [b], *defecerunt ad Deos falſos* [c], *idque propter jam auditum vaticinium de exilio ſuo ultra Euphratem* [d].

[a] 2 Chron. 11: 16. [b] 2 Chron. 11: 13, 14. 1 Reg. 12: 31. Conf. 2 Chron. 13: 9. [c] Deut. 32: 17, 21. 1 Reg. 14: 16. 2 Reg. 17: 16. [d] 1 Reg. 14: 15.

AR-

## ARTIC. V.

*Roboamus autem cum tribu Judæ & Benjaminis ambulavit annis tribus in viis Davidis ac Salomonis* [a]*: poſt & ipſi anno quarto regni ejus cœperunt ſervire fictis numinibus* [b]*, puniti anno quinto per Seſacum Ægyptium* [c] *, ut tamen Hieroſolymis parceretur* [d].

[a] 2 Chron. 11: 17. [b] 1 Reg. 14: 22, 23, 24. Conf. Rom. 1: 23–27. [c] 1 Reg. 14: 25. 2 Chron. 12: 4, 7.

## ARTIC. VI.

*Baëſa viis Jeroboami inſiſtens* [a]*, ex Jehu Propheta audit familiam ſuam iri exciſum* [b]*, quod judicium* XXV. *poſt annos exequitur Samri* [c]*, & ipſe mox periturus ob idem ſcelus* [d].

[a] 1 Reg. 15: 33, 34. [b] 1 Reg. 16: 2, 3. [c] 1 Reg. 16: 8–10. [d] 1 Reg. 16: 15–18. Vid Juſtinus l. 1. c. 3.

## ARTIC. VII.

*Amri ſucceſſor Samri pejor anteceſſoribus* [a]*, gignit Achabum* [b]*, patre nequiorem; qui, ſecundum Dei oraculum* [c]*, Syros bis vincit* [d]*: ſed Regem ſervans vivum ipſe mortis fit reus* [e]*, occidendus in prælio*

*contra Syros* [f], *canibus ſanguinem illius in vinea Nabothi lingentibus* [g].

[a] 1 Reg. 16: 23, 25. [b] 1 Reg. 16: 29-32. [c] 1 Reg. 20: 13. [d] 1 Reg. 20: 20, 21, 28, 29. [e] 1 Reg. 20: 42. Conf. Levit. 24: 16. [f] 1 Reg. 22: 17, 34, 35. [g] 1 Reg. 21: 19. 22: 38.

## ARTIC. VIII.

*Regnante Achabo, Hiel Bethele oriundus Hierichuntem reparat* [a], *& propterea ſecundum Joſuæ vaticinium* [b], *amittit filium natu maximum & minimum* [c]. *Cananæa ad preces Eliæ pluviis deſtituta per tres annos cum dimidio fame premitur* [d].

[a] 1 Reg. 16: 34. [b] Joſ. 6: 26. [c] 1 Reg. 16: 34. [d] 1 Reg. 17: 1. Luc. 4: 25. Jacob. 5: 17. Conf. 1 Reg. 18: 41. ſeqq.

## ARTIC. IX.

*Ahaſias Achabi filius ex lapſu moritur* [a], *Joramus Ahaſiæ frater Moabitas poſt obitum Achabi rebellantes vincit* [b], *à Jehu occiditur* [c], *cum omnibus Achabi poſteris* [d], *& Jeſabel uxor devoratur à canibus* [e].

[a] 2 Reg. 1: 2, 6, 17. [b] 2 Reg. 3: 5, 18, 19, 24, 25. [c] 2 Reg. 9: 24, 25. [d] 1 Reg. 21: 21, 22. 2 Reg. 10: 7, 11. [e] 1 Reg. 21: 23. 2 Reg. 9: 33-35. Conf. vſ. 36, 37. Et Apoc. 2: 20.

AR-

## ARTIC. X.

*Joramo regnante ſecundum Eliſæ verbum* XLII. *pueri illuſores à duobus urſis dilaniantur* [a], *aqua exercitui Iſraëlitico ſuppeditatur* [b], *viduæ oleum multiplicatur* [c], *Naëman Syrus purgatur a lepra* [d], *quæ tranſiit in Gehaſi* [e].

[a] 2 Reg. 2: 23, 24. Conf. Lev. 26: 22. [b] 2 Reg. 3: 17, 20. [c] 2 Reg. 4: 3, 4, 6. [d] 2 Reg. 5: 10, 14. Conf. Zach. 13: 1. [e] 2 Reg. 4: 27.

## ARTIC. XI.

*Samariæ annona vileſcit* [a], *eques diffuſus Dei potentia interit* [b], *Cananæa per ſeptem annos fame premitur* [c], *Benhadad Syriæ Rex moritur* [d], *ac Haſaël ſuccedit Iſraëlem vexaturus* [e].

[a] 2 Reg. 7: 1, 16. [b] 2 Reg. 7: 2, 17. Conf. Levit. 24: 16. Pſ. 78: 19. [c] Levit. 26: 19, 20. 2 Reg. 8: 1, 2. [d] 2 Reg. 8: 10, 15. [e] 2 Reg. 8: 11, 12.

## ARTIC. XII.

*Ob exſtirpatum ex Iſraële Belum & exciſam Achabi familiam, Jehu quatuor habet generationes in regno ſuccedentes* [a], *filium Joahaſum* [b], *nepotem Joaſum* [c], *abnepotem Jeroboamum ſecundum* [d], *ac Zachariam Jeroboami hujus filium* [e].

[a] 2 Reg. 10: 30. Conf. Apoc. 17: 16. [b] 2 Reg. 13: 1. [c] 2 Reg. 13: 10. [d] 2 Reg. 14: 23. [e] 2 Reg. 15: 8.

## ARTIC. XIII.

*Zacharias interſicitur à Sallumo* [a], *quod familia Jehu inſiſteret viis Jeroboami primi* [b].

[a] Hoſ. 1: 4. Amos. 7: 9. 2 Reg. 15: 10, 12. [b] 2 Reg. 10: 31. Conf. 2 Reg. 13: 2. 11. 2 Reg. 14: 24. 15: 9.

## ARTIC. XIV.

*Haſaël Rex Syrorum ſecundum Eliſæ vaticinium* [a], *cædit Iſraëlitas ſub Jehu* [b], *ſub Joahaſo* [c]; *ſed Joaſus ter vincit Benhadadum Haſaëlis filium, & recuperat urbes amiſſas* [d]. *Jeroboamus regnum Iſraëlis ad veteres terminos extendit* [e].

[a] 2 Reg. 8: 11, 12. [b] 2 Reg. 10: 32, 33. Conf. 1 Reg. 19: 15. & 2 Reg. 9: 1. [c] 2 Reg. 13: 3, 4, 5, 7. [d] 2 Reg. 13: 18, 19, 25. [e] 2 Reg. 14: 25.

## ARTIC. XV.

*Sallumum primo regni menſe occidit Menahem* [a], *quem confirmat Phul Aſſyrius pecunia emtus* [b]. *Menahemi filium & ſucceſſorem Pekajam anno ſecundo necat Peka* [c].

[a] 2 Reg. 15: 13, 14. [b] Hoſ. 7: 9, 11. 2 Reg. 15: 19. Hoſ. 8: 9, 10. [c] Hoſ. 8: 4. 2 Reg. 15: 25.

AR-

## ARTIC. XVI.

*Sub Peka TiglathPillaſer Transjordanam regionem ac partem cisJordanæ occupat abductis incolis* [a]; *atque Pekam interficit Hoſea* [b], *quem rebellem & Ægyptiis* [c] *confidentem, Salmanaſſar in carcerem compingit* [d].

[a] Eſai. 9: 14: Hoſ. 1: 5. Amos. 7:4. 2 Reg. 15: 29. Eſai. 9: 1, 2. Matth. 4: 13. ſeqq. [b] Hoſ. 8: 4. 2 Reg. 15: 30. [c] Hoſ. 7: 11. Eſai. 30: 2. 31: 1. 2 Reg. 17: 3, 4. [d] 2 Reg. 17: 3, 4. Hoſ. 10: 7.

## ARTIC. XVII.

*Samaria anno Hoſeæ nono à Salmanaſſare expugnatur* [a], *& Iſraël in Aſſyriam abducitur* [b], *cariturus communione Dei* [c] *exſtirpatis defectorum factis numinibus* [d].

[a] Eſai. 17: 3. Hoſ. 8: 6. 13: 16. Amos. 3: 11–15. 6: 8, 14. Mich. 1: 6. 2 Reg. 17: 5, 6. [b] Levit. 26: 33. Deut. 4: 27. 2 Chron. 7: 19, 20. Eſai. 9: 18. Hoſ. 1: 6. 5: 9. 9: 3. Amos 4: 2. 5: 2. 7: 8. 2 Reg. 17: 6, 23. Conf. Hoſ. 1: 2. & 4: 1, 2, 12, 13. 6: 10. & 7: 1. Amos 2: 6–7. & 3: 9, 10. & 4: 1. 6: 1, 4–6. Eſai. 9: 9, 10. [c] 2 Chron. 15: 3. Hoſ. 1: 6. 2 Chron. 30: 1–11. Hoſ. 9: 3, 4. [d] Hoſ. 8: 6. 10: 8. Amos 3: 14. Mich. 1: 7. 2 Reg. 18: 34. 19: 18.

## ARTIC. XVIII.

*Iſraëlitarum plurimis peſte*[a], *gladio*[b], *& fame*[c] *exſtinctis, aut fuga dilapſis*[d], *reliquiæ tandem miſcentur cum aliis nationibus*[e], *ut ceſſarint eſſe ſingularis populus ſexageſimo & quinto præciſe anno, à quo id Eſaias prædixit*[f].

[a] Amos 4: 10. [b] Hoſ. 9: 13, 16. Amos 4: 10. [c] Hoſ. 8: 7. 9: 2. Amos 4: 6. [d] Amos 2: 16. 5: 3. [e] 2 Reg. 17: 24. Eſr. 4: 2. Conf. 2 Reg. 19: 37. Tob. 1: 18. Eſdr. 4: 10. Erravit Joſeph. Antiq. Jud. l. 9. c. 14. [f] Eſai. 7: 8. Conf. 2 Reg. 13: 7. 15: 29. vid. Eſai. 7. & 2 Reg. 17: 6. 2 Chron. 34: 33. & 35: 18. Amos 5: 3. 2 Chron. 34: 33. 35: 18. & 34: 6, 7. 2 Reg. 17: 24, 26, 27.

## ARTIC. XIX.

*Roboamus, Abiam & Aſſa gerunt perpetua cum Regibus Iſraëlis bella*[a], *idem Abiam Roboami & Joram Joſaphati filii impii in ſolium regium à Deo propter Davidem evehuntur*[b].

[a] 2 Sam. 12: 10. 1 Reg. 15: 6, 7, 16. 2 Chron. 13: 17. [b] 2 Sam. 7: 12, 15. 1 Reg. 15: 3, 4. 2 Reg. 8: 18, 19. 2 Chron. 21: 6, 7. vid. Rom. 3: 3.

## ARTIC. XX.

*Aſſa Syris confiſus in bello contra Baëſam*[a], *nequit Syros vincere*[b], *uti vincit Æthio-*

*Æthiopes* [c]. *Joſaphat illius filius floret pietate, gloria & pace* [d]: *à Philiſthæis & Arabibus accipit munera* [e].

[a] 2 Chron. 16: 2, 3. [b] 2 Chron. 16: 7. [c] 2 Chron. 16: 8. [d] 2 Chron. 17: 3, 5, 10. [e] 2 Chron. 17: 11.

## ARTIC. XXI.

*Sed increpatur ob auxilium Achabo latum contra Syros* [a], *vincit tamen Ammonitas, Moabitas & Idumæos* [b], *qui contra regnum ejus conſpiraverant* [c]: *atque punitur naufragio propter ſocietatem cum Ahaſia Achabi filio* [d].

[a] 2 Chron. 19: 2. [b] 2 Chron. 20: 17, 22–25. [c] Pſ. 83: 6–9. 2 Chron. 20: 1. [d] 2 Chron. 20: 37.

## ARTIC. XXII.

*Joramus Joſaphati filius Regum Iſraëlis incedens viis* [a], *ex Eliæ vaticinio* [b], *filios opeſque amittit* [c], *ac morbo viſcerum obit* [d]: *Ahaſias Jorami filius itidem impius* [e] *primo regni anno à Jehu occiditur* [f], *Joramum Achabi natum inviſens* [g].

[a] 2 Chron. 21: 6. [b] 2 Chron. 21: 12, 14, 15. [c] 2 Chron. 21: 16, 17. [d] 2 Chron. 21: 18, 19. [e] 2 Chron. 22: 3. [f] 2 Chron. 22: 9. [g] 2 Chron. 22: 7.

## ARTIC. XXIII.

*Joas Ahaſiæ filius poſt obitum Jojadæ*

*Pontificis idola colit*[a], *& propter id reprehenſus Zachariam lapidibus obruit*[b], *Dei vindictam à Propheta annunciatam*[c] *brevi experturus*[d].

[a] 2 Chron. 24: 17, 18. [b] 2 Chron. 24: 21. [c] 2 Chron. 24: 22. [d] 2 Chron. 24: 23, 25. Apoc. 16: 6. 6: 10, 11. Matth. 23: 35.

## ARTIC. XXIV.

*Amazias colit Idumæorum numina pertinaciter*[a], *& ſecundum Prophetæ oraculum deſertus à Deo*[b], *vincitur à Joaſo Iſraëlis Rege*[c] *& occiditur*[d].

[a] 2 Chron. 25: 14. [b] 2 Chron. 25: 15, 16. [c] 2 Chron. 25: 22. [d] 2 Chron. 25: 27.

## ARTIC. XXV.

*Ahas Jothami pii filius, Uziæ nepos cladem patitur ab Iſraëlitis*[a], *liberatur à Rezine & Peka Hieroſolymas obſidentibus*[b]: *male ab Aſſyriis auxilium petit*[c].

[a] Eſai. 7: 9. 2 Chron. 28: 6. [b] Eſai. 7: 7. 2 Reg. 16: 5. [c] Hoſ. 8: 9. 2 Reg. 16: 7. 2 Chron. 28: 20.

## ARTIC. XXVI.

*Ezechiæ Ahaſi filio prædicitur liberatio ab Aſſyriis*[a], *& productio vitæ ad quindecim annos*[b]. *Joſias Manaſſis ex Amone nepos deſtruit altare Bethelis*[c], *ut Judæus va-*

*vates Jeroboamo tribus ante ſeculis prænunciaverat* [d]. *Aſſyrium adjuturus ſagitta in prælio occiditur* [e].

[a] Eſai 37: 6, 7, 33. Conf. Eſai. 10: 12–27. & 17: 4–14. [b] Eſai. 38: 5. [c] 2 Reg. 23: 15. [d] 1 Reg. 13: 2. 2 Reg. 23: 20. [e] 2 Chron. 35: 21. 2 Reg. 23. 29. 2 Chron. 35: 23. Conf. Prov. 8: 15, 16. Dan. 2: 21. Vid. Herodotus l. 2. c. 159. Joſephus Antiq. Jud. l. 10. c. 6.

## ARTIC. XXVII.

*Joahaſum à populo Joſiæ ſuffectum* [a], *Pharao ligat & in Ægyptum abducit* [b], *eique Jojakimum fratrem natu majorem ſubſtituit* [c].

[a] 2 Reg. 23: 30. [b] Jerem. 22: 10–12. Conf. Ezech. 19: 3, 4. 1 Chron. 3: 15. 2 Reg. 23: 33, 34. 2 Reg. 25: 6, 7, 18. ſeqq. Eſaias 7: 14. [c] 2 Chron. 36: 4.

## ARTIC. XXVIII.

*Nebucadneſar Pharaonis Nechi victor* [a] *Jojakimum Ægyptiis faventem catenis vincit* [b], *mox pacta ſervitutis conditione* [c] *liberum dimittit* [d].

[a] Jer. 46 2. Beroſus apud Joſeph. l. 10. c. 11. [b] Jer. 25: 9. 2 Chron. 36: 6. [c] 2 Reg. 24: 1. [d] 2 Chron. 36: 5. 2 Reg. 23: 37.

## CAPUT SEXTUM.

### *De fatis aliorum populorum à ſciſſione regni Iſraëlitici uſque ad principium captivitatis Babylonicæ.*

§. I. Poſtquam conſideravimus varios eventus Regni Iſraëlitici & Judaici, prædictos & impletos, à ſciſſione ſub Roboamo facta, ad initium captivitatis Babylonicæ: ſequitur ut recenſeamus fata aliarum gentium, præſertim illarum, quæ ſtatum populi Dei temperarunt uſque ad migrationem Chaldaicam. Et quidem:

### ARTIC. I.

*Idumæi parent Joſaphati præfecto* [a], *ſed poſtea movent arma adverſus ipſum* [b], *imo ab ejus filio Joramo idolorum cultore deficiunt* [c], *ac cæſi in rebellione perſeverant* [d], *acie vincendi ab Amaſia Joaſi filio* [e], *ſub Ahaſo autem Judæis futuri ſuperiores* [f].

[a] Num. 24: 18. 1 Reg. 22: 48. [b] 2 Chron. 20: 10. Pſal. 83: 7. [c] 2 Reg. 8: 20. Gen. 28: 40. [d] 2 Reg. 8: 21, 22. [e] 2 Reg. 14: 7. 2 Chron. 25: 11, 12. [f] 2 Chron. 28: 17.

AR-

## ARTIC. II.

*Philiſthæi Joramum vexant* [a], *ab Uzzia vincuntur* [b], *victores Ahaſi* [c], *ſternuntur ab Hiskia* [d].

[a] Num. 33: 55. 2 Chron. 21: 16, 17. [b] 2 Chron. 26: 6, 7. [c] 2 Chron. 28: 11. Eſai. 9: 12. [d] Eſai. 14: 28, 29. 2 Reg. 18: 8.

## ARTIC. III.

*Phœnices, Tyrii præſertim, infeſtantur à Salmanaſſare* [a], *Aſdodum expugnat Sennacheribus* [b], *poſt Pſammetichus Ægypti Rex* [c]; *& Gazam Pharao Nechus* [d], *quo ad Euphratem victo Phœnices à Nebucadnezare ſubjugantur* [e].

[a] Joſeph. l. 9. Antiq. Jud. c. 14. [b] Amos 1: 8. Zephan. 2: 4. Eſai. 20: 1. Conf. 2 Reg. 18: 17. [c] Herodot. l. 2. c. 157. [d] Amos 1: 6, 7. Zephan. 2: 4. Jer. 47: 1. Vid. Judic. 16: 2, 3. [e] Beroſus apud Joſeph. l. 10. c. 11.

## ARTIC. IV.

*Ammonitæ munera offerunt Uziæ Regi* [a] *ac Jothamo ejus filio* [b], *ſed Jojakimum infeſtant* [c].

[a] 2 Chron. 26: 8. [b] 2 Chron. 27: 5. [c] 2 Reg. 24: 2. Vid. Deut. 2: 19.

## ARTIC. V.

*Syri Ahaſo ingentem inferunt cladem* [a], *ſed Damaſco à Tiglathpillaſere capta, & incolis in Syriam abductis, cæſoque rege, ipſorum regnum evertitur* [b].

[a] Eſai. 9: 11, 12. 2 Reg. 16: 6. 2 Chron. 28: 5. [b] Eſai. 8: 4. Eſai. 17: 1, 3. Amos 1: 3–5. 2 Reg. 16: 9.

## ARTIC. VI.

*Sanheribus Aſſyriorum Rex munita Judææ loca regnante Hiskia occupat* [a], *ſed propter contumeliam Jehovæ Deo Iſraëlis dictam* [b], *exercitum ad Hieroſolymas amittit* [c], *in idoli templo vitâ ſpoliandus à filiis* [d].

[a] Eſai. 8: 7, 8. 10: 5, 6. 17: 9. Hoſ. 8: 14. 2 Reg. 18: 13. Eſai. 36: 1. [b] Eſai. 10: 9, 11. 36: 19, 20. 2 Chron. 32: 14. [c] Eſai 10: 12. 17: 14. 37: 33–35. Nahum. 1: 13. 2 Reg. 19: 35. Herodotus l. 2. c. 141. [d] Nahum. 1: 14. Eſai. 37: 37, 38.

## ARTIC. VII.

*Ninive pœnitentiâ incolarum concione Jonæ emendatorum conſervatur* [a], *ſed pòſt expugnata evertitur* [b].

[a] Jon. 3, 4, 5, 6, 10. 4: 11. [b] Nahum. 2: 8–10. 3: 7. Zephan. 2: 13–15. Conf. Ezech. 31: 3–17. 32: 22, 23.

AR-

## ARTIC. VIII.

*Ægyptii, poſt occupatum Aſdodum* [a], *infeſtantur a Sennacheribo* [b], *ad Carchemin à Nebucadnezare cæduntur* [c], *ut Judæos porro juvare* [d], *vel Hieroſolymas à Chaldæis liberare haud poſſent* [e].

a Eſai. 20: 1. b Eſai. 20: 3, 4. Herodot. l. 2. c. 141. Conf. 2 Reg. 18: 21. Eſai. 36: 6. c Jer. 46: 2. d Eſai. 30: 2, 3. 31: 1, 3. Jerem. 2: 18. 2 Reg. 18: 17. Jerem. 37: 5–8.

## ARTIC. IX.

*Moabitæ tribus annis vaſtantur ac minuuntur* [a], *anno uno Arabes gloriam amittunt* [b], *Æthiopes ab Aſſa ſtragem accipiunt miſerabilem* [c], *Hiskiam adjuturi* [d] *caſtigantur à Sennacheribo* [e], *Ammonitæ evertuntur* [f].

a Eſai. 15: 1. 16: 2, 14. Amos 2: 2, 3. b Eſai. 21: 16, 17. c 2 Chron. 14: 9, 12. d Eſai. 37: 9. 2 Reg. 19: 9. e Zeph. 2: 12. Vid. Eſai. 18. f Amos 1: 13–15.

CA-

## CAPUT SEPTIMUM.

## *De fatis Judæorum à principio captivitatis Babylonicæ uſque ad liberationem ex ea.*

### ARTIC. I.

*Hieroſolymæ anno Jojakimi quarto à Chaldæis obſidentur* [a], *Rex dictus venit in Nebucadnezaris poteſtatem* [b], *cui fidem pollicetur Ægyptio fœderi renuncians* [c].

[a] Eſai. 10: 32. Jer. 4: 5, 6, 10. 6: 3-6. Habak. 1: 6. Jer. 25: 1, 8, 9. Dan. 1: 1. Erravit Joſephus Antiq. Jud. l. 10. c. 7. [b] Jer. 22: 13, 15, 21, 23. Dan. 1: 1. [c] 2 Reg. 24: 1.

### ARTIC. II.

*Daniel ac ſocii, pluresque alii Babylonem ducuntur captivi* [a], *pars vaſorum ſacrorum ſpoliatur & in Babylonium templum aſportatur* [b], *temere cum aliis theſauris ab Ezechia monſtratorum* [c].

[a] Eſai. 39: 7. Jer. 22: 22. Zephan. 1: 8. Dan. 1: 3, 6. [b] Eſai. 39: 6. 2 Chron. 36: 7. Dan. 1: 2. [c] Eſai. 39: 2.

## ARTIC. III.

*Jojakimus variis ſceleribus contaminatus* [a], *anno regni ſeptimo* [b], *rebellat contra Babylonium Regem* [c], *undecimo exſtinguitur* [d], *& inſepultus abjicitur* [e].

a 2 Reg. 23: 37. Jer. 22: 13–17. b 2 Reg. 24: 1. c l.c. d Joſephus l. 10. c. 8. Vid. 2 Reg. 24: 6. e Jer. 22: 18, 19.

## ARTIC. IV.

*Tum vaſtabatur à Chaldaico exercitu Judæa* [a] *& magnus iterum numerus incolarum in Babyloniam abducebatur* [b].

a Joël. 2: 3. Jer. 4: 7. 2 Reg. 24: 2. b Levit. 26: 33. Deut. 4: 27. 2 Chron. 7: 20. Jer. 13: 24. 16: 13. 20 4. 52: 28.

## ARTIC. V.

*Jechonias impius quarto regni menſe* [a] *ſacros ac civiles theſauros amittit* [b], *ſucceſſorem de ſuo ſemine in ſolio non habet* [c], *cum regia familia* [d] *& magna civium multitudine* [e], *Babelem captivus ductus in carcerem compingitur* [f].

a 2 Chron. 36: 9. 2 Reg. 24: 9. b 2 Reg. 20: 17. Jer. 20: 5. 2 Reg. 24: 12, 13. c Jer. 22: 30. Conf. Matth. 1: 12. 1 Chron. 3: 17, 18. Hagg. 1: 1. 1 Chron. 3: 19. Eſdr. 9: 9. Nehem. 9: 36. d Deut. 28: 36. 2 Reg. 20: 18. Jer. 22: 24–26. 2 Reg. 24: 15. Conf. Jer. 29: 1, 2. 22: 28. e 2 Reg. 24: 14, 16. f 2 Reg, 24: 27.

## ARTIC. VI.

*Zedekias Jechoniæ patruus fit Rex* [a], *per undecim annos* [b], *ob rebellionem contra Nebucadnezarem* [c], *captus excæcatur* [d], *& Babelem abducitur* [e], *poſt jugulatos coram ipſo filios* [f].

[a] Jer. 27: 1–3. Vid. 2 Chron. 36: 10. 1 Chron. 3: 15, 16. Jer. 37: 1. [b] 2 Reg. 24: 18. [c] 2 Reg. 24: 20. Ezech. 17: 15. [d] Jer. 21: 7. 24: 8, 9. Ezech. 12: 12, 13. 21; 25, 26. 2 Reg. 25: 6, 7. Jer. 39: 4–7. [e] Jer. 34: 3. Ezech. 17: 16, 20. 2 Reg. 25: 7. Jer. 52: 11. [f] 2 Reg. 25: 7.

## ARTIC. VII.

*Hieroſolymarum cives à falſis Prophetis uſque huc vana ſpe lactati* [a], *gladio, peſte & fame conſumuntur* [b], *ſuperſtitum multi Babelem transferuntur* [c], *relicti in terra migrant in Ægyptum* [d], *ibidem interituri omnes* [e], *præter paucos divinæ ultionis ac veritatis teſtes* [f].

[a] Jer. 6: 13, 14. 8: 10, 11. & cap. 23: 15–17. Conf. Jer. 14: 14–16. Ezech. 3: 3. ſeqq. [b] Lev. 26: 25, 26. Jer. 14: 12. 15: 2. 34: 17. Adde Eſai. 3: 1–8. Amos 8: 1–8. Zephan. 1. tot. Joël. 1. tot. & 2: 1–11. 2 Chron. 36: 17. Jer. 52: 6. 9: 21. Lament. 1: 19, 20. 2: 11, 12. 4: 4, 5, 9, 10. 5: 10. Lev. 26: 29. Deut. 28: 53–55. [c] Jer. 20: 4. 15: 14. 2 Chron. 36: 20. Jer. 39: 9. 52: 29. [d] Jer. 39: 10. 2 Reg. 25: 22, 26. Vid. Jer. 42: 10. ſeqq. [e] Jer. 42: 17. 44: 12–14. Joſeph. Antiq. Jud. l. 10. c. 11. [f] Jer. 44: 28. Conf. Deut. 28: 68. Hoſ. 9: 3, 6.

## ARTIC. VIII.

*Omnes munitæ urbes Judææ capiuntur* [a], *Hieroſolymæ ipſæ, quibus uſque huc Deus pepercerat* [b], *expugnantur* [c], *diripiuntur* [d], *& muris ſubrutis* [e], *cum templo incenduntur* [f], *filiis filiabuſque occiſis* [g].

[a] Jer. 8:14. Hoſ. 8:14. Zephan. 1:16. Habak. 1:10. Jer. 34:7. Lament. 2:2, 5. Jer. 5:17. [b] Jer. 5:10, 18. [c] Jer. 21:4, 10. 33:4, 5. 2 Reg. 25:4. Jer. 52:7. [d] Deut. 28:29. Zephan. 1:13. Jer. 15:13. 20:5. Jer. 27:21, 22. 2 Chron. 36:18. Conf. 2 Reg. 25:13–17. Jer. 52:17–23. [e] 2 Reg. 21:13. Mich. 3:12. Jer. 19:11. 2 Reg. 25:10. Eſai. 22:10. Conf. Jer. 33:4. Thren. 2:8. [f] Amos 2:5. Jer. 21:13, 14. 22:7. 26:6. 37:8. Ezech. 10:2. 2 Reg. 25:9. [g] Deut. 28:50. Jer. 5:17. Lament. 2:21.

## ARTIC. IX.

*Sic tandem præterierunt* CCCXC. *anni peccatorum totius domus Iſraëlis* [a], *&* XL. *anni peccatorum domus Judæ* [b]: *atque regia dignitas à tribu Judæ & familia Davidis in perpetuum recedit* [c], *dum conferatur Chriſto Davidis filio* [d].

[a] Ezech. 4:4, 5.
[b] Ezech. 4:6. Num. 14:34.
[c] Jer. 13:18. Ezech. 21:25, 26.
[d] Ezech. 21:27. Jer. 33:15–17. Conf. Jer. 13:13. Joſephus l. 10. c. 11.

## ARTIC. X.

*In Chaldæa Judæi ſerviunt*[a] *Babyloniis Regibus* LXX. *annis*[b], *ac Deos alienos colunt*[c], *tamen cum aliis gentibus haud commixti*[d], *ſed ludibrio ab iis habiti*[e], *angore & inquiete agitati*[f].

[a] Jer. 5: 19. Lament. 1: 1. [b] Jer. 25: 11. 27: 7. 29: 10. 2 Chron. 36: 20, 21. Dan. 9: 2. [c] Deut. 4: 28. 28: 36, 64. Jer. 16: 13. Ezech. 36: 20. [d] Lev. 26: 44. Num. 23: 9. Deut. 4: 31. 1 Reg. 8: 53. Jer. 16: 15. Ezech. 11: 16. [e] Jer. 24: 9. 29: 18. Pſ. 137: 3. Lament. 1: 8, 21. 2: 15. [f] Deut. 28: 65–67. Lament. 1: 2, 3, 12. 3: 17, 18. Pſ. 137: 5, 6.

## ARTIC. XI.

*Quidam reſipiſcunt*[a], *ſervanturque ad liberationem è captivitate*[b], *alii in flagitiis perſeverant*[c], *& diverſis plagis exſtinguuntur*[d], *reliquiis exceptis*[e].

[a] Jer. 24: 3, 5, 7. 29: 12, 13. Ezech. 6: 9. 1 Reg. 8: 47–49. Lament. 1: 18. 3: 40, 41, 42, 55. [b] Lev. 26: 45. Deut. 4: 29–31. Ezech. 6: 8. Jer. 29: 11. Lament. 3: 22, 23, 57, 58. Nehem. 9: 31. Eſr. 9: 8. [c] Ezech. 11: 21. 36: 20. [d] Lev. 26: 38. Deut. 4: 27. Lament. 1: 1. [f] Ezech. 36: 21, 22. Num. 14: 15. ſeqq.

## ARTIC. XII.

*Tres Danielis ſocii, ſtatuam Nebucadnezaris colere abnuentes, conjiciuntur in for-*

*fornacem ardentem* [a], *ſed in eo ſervantur illæſi* [b], *neque Danieli nocent leones, quibus objicitur ob preces ad Jehovam factas* [c]; *imago cultorum Dei & Chriſti in Babele myſtica* [d].

[a] Dan. 3: 14–21. [b] Dan. 3: 24–27. Eſai. 43: 2. [c] Dan. 6: 13, 16, 18–23. [d] Apoc. 14: 3, 4.

## ARTIC. XIII.

*Interea cœlum Judaicum manet remotum* [a], *& tenebris obductum* [b], *Cananæa deſolata* [c], *Judæis pro Babele orare* [d], *& in ea domos hortoſque ædificare juſſis* [e], *& relinquere peregrinis hæreditatem* [f]

[a] Eſai. 13: 13. [b] Eſai. 13: 10. Joël. 2: 10. Conf. Matth. 24: 29. Apoc. 6: 12–14. Lament. 2: 6, 7, 9. [c] Levit. 26: 31–34. Eſai. 13: 9. Joël 2: 3. Lament. 2: 1, 2. [d] Jer. 29: 7. Lament. 1: 22. 3: 64–66. Pſ. 137: 8, 9. [e] Jer. 29: 5, 6. Deut. 28: 43, 44. Jer. 17: 4. Lament. 5: 2.

## ARTIC. XIV.

*Adeo vanum eſt confidere prærogativæ religionis* [a], *pollicitationibus falſorum vatum* [b], *munimentis* [c], *auxilio peregrino* [d], *& populi multitudini* [e].

[a] Jer. 7: 4, 8, 9, 10, 14. Lev. 26: 31. Jer. 6: 20. Lament. 2: 6, 7. 5: 18. [b] Jer. 14: 15, 16. Lament. 2: 14. [c] Jer. 21: 13. 4: 5. Deut. 28: 52. Lament. 2: 2, 5. [d] Jer. 2: 18, 36, 37. Lament. 4: 17. [e] Jer. 7: 5. Deut. 28: 62. Lament. 1: 15. 2: 4.

## CAPUT OCTAVUM.

### *De fatis aliorum populorum à Nabuchodonoſoro uſque ad Cyrum.*

### ARTIC. I.

*Chaldæi cum Rege Nebucadnezare* [a], *bellicis virtutibus inſtructi à Deo vocantur ad inferendum regionibus bellum* [b], *propter incolarum ſcelera* [c].

[a] Jer. 25: 9. 27: 6. 43: 10. [b] Deut. 28: 49–51. Eſai. 13: 3. Zephan. 1: 7. Conf. Jer. 50: 44. Habak. 1: 6–8. Jer. 5: 15, 16. 6: 22, 23. Conf. Ezech. 23: 22. ſeqq. Lament. 4: 19. Eſai. 13: 5–7. Jer. 25: 32. [c] Eſai. 13: 11. Jer. 25: 31. Ezech. 29: 20.

### ARTIC. II.

*Igitur poſt Judæos ab illis ſubjugantur Syri* [a], *Ammonitæ* [b], *Moabitæ* [c], *qui prius Babylonios adjuverant in bello Judæis inferendo* [d], *& Idumæi fratrum calamitate lætati* [e].

[a] Jer. 49: 23–27. [b] Jer. 25: 21. 27: 3. Ezech. 21: 28, 31, 32. 25: 3–7. Conf. Jer. 49: 1–6. Ezech. 25: 10. 21: 32. Jer. 49: 6. [c] Jer. 25: 21. 27: 3, 20–42, 47. 48: 1, 2. Num. 33: 47. Eſai. 15: 2, 7–9, 13–16. Ezech. 25: 8, 9, 11. Joſephus Antiq. Jud. l. 10. c. 11. [d] 2 Reg. 24: 2. [e] Pſ. 137: 7. Jer. 25: 21. 27: 2. Lament. 4: 21, 22. Jer. 9: 25, 26. 25: 17. ſeqq. vſ. 29.

## Artic. III.

*Tyrus à Nebucadnezare poſt graviſſimam obſidionem expugnatur* [a], *ſed omnibus ſubſtantiis opibuſque prius nudata* [b], *tum ſerviunt Tyrii Babyloniis Regibus ſeptuaginta annis* [c], *liberam poſtea mercaturam rurſus exercituri* [d].

[a] Eſai. 23: 1, 8. Jer. 25: 22. 27: 3. Ezech. 26: 2–14. Amos 1: 9. 1 Reg. 9: 10, 13. Ezech. 29: 18. Joſeph. Antiq. Jud. l. 10. c. 11. l. 1. c. Apion. [b] Ezech. 29: 18. [c] Eſai. 23: 15. Jer. 25: 21, 22. [d] Eſai. 23: 15, 17.

## Artic. IV.

*Etiam Sidon* [a], *& Palæſtina omnis* [b] *ſubigitur, vaſtaturque à Chaldæis* [c], *poſt & ab Ægyptiis* [d], *Arabes itidem Nebucadnezaris jugum portant* [e].

[a] Eſai. 23: 4, 12. Jer. 25: 22. 27: 3. 47: 4. Ezech. 28: 21–24. [b] Eſai. 14: 31. Amos 1: 8. Jer. 25: 20. 47: 2, 4. Deut. 2: 23. Amos 9: 7. Zephan. 2: 4, 5. Ezech. 25: 15–17. [c] Herodot. l. 1. c. 105. [d] Herodot. l. 2. c. 161. [e] Eſai. 21: 13–17. Jer. 25: 23–25. Gen 25: 2. Jer. 49: 28. Gen. 25: 13–15. Eſai. 21: 11, 29–33.

## Artic. V.

*Ægyptus Nebucadnezari datur à Deo præmium expugnatæ Tyri* [a], *manet deſolata per* XL. *annos* [b], *quibus elapſis recolligitur* [c],

*tur*[c], *& humile ſit regnum*[d], *ne Judæi illi porro confidant*[e].

[a] Ezech. 29: 19, 20. 30: 10–12. [b] Ezech. 29: 10–12. [c] Ezech. 29: 13, 14. [d] Ezech. 29: 15. [e] Ezech. 29: 16.

## ARTIC. VI.

*Apries perpetuum ſibi regnum ſtolidè pollicitus*[a], *poſt cladem in Libycis ſolitudinibus acceptam à Cyrenæis*[b], *orto bello inteſtino*[c], *ſceptrum cum vita amittit*[d].

[a] Ezech. 29: 3. Herodot. l. 2. c. 169. [b] Jer. 29: 4, 5. [c] Eſai. 19: 2. Herodot. l. 2. c. 163. Diodor. Sicul. l. 1. c. 68. [d] Jer. 44: 30. 46: 25, 26. Ezech. 29: 8, 9. Herodot. l. 2. c. 169.

## ARTIC. VII.

*Tum potentiſſimæ Ægyptiorum urbes, Dioſpolis*[a] *& Memphis*[b], *deſolari vaſtarique cœperunt, olim omnino evertendæ.*

[a] Jer. 46: 25. Ezech. 30: 15. Nahum. 3: 8–10. [b] Jer. 46: 14, 19.

## ARTIC. VIII.

*Æthiopes infeſtantur à Pſammi Pharaonis Nechi filio*[a], *atque poſtea Ægyptiis auxilium ferentes vincuntur à Nebucadnezare & cæduntur*[b].

[a] Zephan. 2: 12. Herodot. l. 2. c. 161.
[b] Ezech. 30: 4–6, 9. Jer. 46: 9, 10.

AR-

## ARTIC. IX.

*Perſæ etiam & Medi Babylonio ſceptro parent* [a]*: atque hoc modo Nebucadnezar obtinuit regnum univerſale* [b]*, à Deo ei deſtinatum* [c]*, & memorabili ſomnio præmonſtratum* [d].

[a] Jer. 25: 25. Ezech. 32: 24. [b] Dan. 4: 19. 5: 18, 19. [c] Jer. 25: 9. 27: 6–8. [d] Dan. 2: 1, 32, 37, 38.

## ARTIC. X.

*Sed poſtea, ſuperbiens potentia & poteſtate magna* [a]*, capitur mente* [b]*, & per ſeptem annos inter beſtias agri verſatur* [c]*, quibus elapſis reſipiſcens regnum recuperat* [d].

[a] Habak. 1: 11. Dan. 4: 26, 27. [b] Dan. 4: 12, 13. [c] Dan. 4: 12, 22, 28–30. 5: 21. [d] Dan. 4: 10–12, 23, 31–34.

## ARTIC. XI.

*Mortuo ſuccedit filius Evilmerodach* [a]*, & huic Belſazar nepos* [b]*, quo occiſo regnum datur Dario Medo* [c]*, exſtincta jam magni Nebucadnezaris familia* [d].

[a] Jer. 27: 7. 2 Reg. 25: 27. Jer. 52: 31. [b] Jer. 27: 7. Dan. 5: 1. 7: 1. 8: 1. [c] Dan. 5: 26–29, 21. 6: 1. Beroſus apud Joſeph. l. 1. [d] Jer. 27: 7. 25: 11, 12. Conf. Jer. 27: 7.

## ARTIC. XII.

*Tandem & appetit finis regni Babylonii* [a], *quod non diu duravit* [b], *ac Cyrus Medo-Perſa illo potitur* [c], *capta Babele* [d], *quam Rex Chaldæus timide deſeruerat* [e].

[a] Eſai. 14: 4, 5. Jer. 25, 26. 51: 13. Dan. 2: 39. [b] Eſai. 13: 22. [c] Eſai. 45: 1. Dan. 5: 28. [d] Eſai. 21: 9. 47: 11. Jer. 50: 2. 9, 46. Jer. 51: 8, 41. [e] Eſai. 45: 1. Jer. 50: 43. Beroſus apud Joſeph. l. 1. c. Ap. Euſeb. de præpar. Evang. l. 9. c. 40. Xenophon. l. 7. Diodor. l. 17. c. 46, 47.

## ARTIC. XIII.

*Cæſo ante urbem Chaldæorum exercitu* [a], *Babylon à Medis, Perſis* [b], *Armeniis & Phrygibus* [c], *obſidetur, ejuſque muri deſtruuntur* [d].

[a] Jer. 51: 3, 4. Herod. l. 1. c. 190. [b] Eſai. 13: 17. 21: 2. Jer. 51: 11, 28. [c] Jer. 51: 27. [d] Jer. 50: 15. 51: 44, 58.

## ARTIC. XIV.

*Euphrate per vada in paludem immiſſo* [a], *Babyloniis feſtum Deæ Seſacæ intemperanter celebrantibus* [b], *Perſæ ex improviſo ſuperveniunt, potiti urbis parte una, dum altera adhuc ignoraret* [c]: *præfecto id per nuncium reſciſcente* [d].

a Eſai. 44: 27, 28. Jer. 50: 38. 51: 32, 36. Herodot. l. 1. c. 191. Xenophon. l. 7. b Eſai. 21: 5. Jer. 51: 39, 57. Herodot. l. 1. c. 191. Xenophon l. 7. c Jer. 50: 24. d Eſai. 21: 6, 7. Jer. 51: 31. Xenoph. l. 7.

## ARTIC. XV.

*Civium pars necatur* [a], *reliqui modo omni infirmantur* [b], *& Babylon regni deſinit eſſe caput* [c]: *ſecundum luculenta Eſaiæ & Jeremiæ vaticinia, ab illo* CLX. *ab hoc* L. *prius annis edita.*

a Jer. 50: 30. 51: 30. Xenoph. l. c. b Eſai. 14: 10. 47: 2, 3. Jer. 51: 33. c Eſai. 47: 1, 5. Xenoph. l. 8. Strabo l. 15.

# CAPUT NONUM.

## *De fatis Judæorum à liberatione ex captivitatate Babylonica uſque ad Judam Maccabæum.*

## ARTIC. I.

*Elapſis* LXX. *annis captivitatis Babylonicæ* [a], *datur Judæis à Cyro poteſtas redeundi in Cananæam* [b], *reparandi Hieroſolymas & templum* [c]: *vaſa quoque ſacra reſtituuntur* [d].

[a] Jer. 29: 10. 2 Chron. 36: 22, Eſdr. 1: 1. [b] Eſai. 45: 4. Conf. 2 Chron. 36: 23. Eſdr. 1: 2. Exod. 12: 31. [c] Eſai. 44: 28. 2 Chron. 36: 23. Eſdr. 1: 2. ſeqq. Vid. Eſdr. 6: 2, 3. [d] Jer. 27: 21, 22. Eſdr. 1: 7–11. Joſephus Antiq. Jud. l. 11. c. 1.

## ARTIC. II.

*Igitur aliqui* [a], *ex duodecim tribubus* [b] *Iſraëlis, reſipiſcunt* [c], *&, veniam peccatorum conſecuti* [d], *à Deo reducuntur in Cananæam* [e].

[a] Deut. 4: 27. 28 62. Jer. 3: 14. Eſdr. 2: 64, 65. Nehem. 7: 5, 66. [b] Jer. 3: 18. Eſdr. 2: 70. 6: 17. Matth. 19: 28. Conf. Eſdr. 2: 62. [c] Deut. 32: 2. Jer. 3: 22. 29: 12, 13. 50: 4, 5. Hoſ. 6: 1. Eſdr. 6: 21. [d] Jer. 50: 20. [e] Deut. 30: 3. Eſai. 14: 1. Jer. 29: 14. 50: 19. Ezech. 11: 17.

## ARTIC. III.

*Ibi, ad unum Ducem aggregati* [a], *Hieroſolymas reſtaurare incipiunt* [b], *fundamenta novi templi locant* [c], *carituri tamen arca fœderis* [d], *atque feſtum tabernaculorum cum ſacrificiis celebrant* [e].

[a] Hoſ. 1: 11. [b] Pſ. 51: 20. Eſai. 44: 26. Jer. 30: 18. Dan. 9: 25. Hagg. 1: 4. Neh. 4: 14. 5: 3, 11. 7: 4. Eſdr. 4: 12, 21. [c] Jer. 30: 18. Eſdr. 3: 8, 10, 11. [d] Jer. 3: 16. Eſdr. 3 12. Hagg. 2: 4. Eſdr. 6: 4. 2 Chron. 3: 4. [e] Ezech. 20: 40, 41. Eſdr. 3: 3, 4.

## ARTIC. IV.

*Sed Perſica aula operi cœpto intercedit* [a], *donec excuſſa Judæorum meticuloſa deſidia* [b], *labor anno ſecundo Darii Hyſtaſpidis repeteretur* [c], *& ſexto ejuſdem Regis abſolveretur* [d]. *Paſcha celebratur menſe proximo* [e].

a Dan. 10: 1–3, 13. Eſdr. 4: 4, 5. b Hagg. 1: 4, 6, 8. ſeqq. c Eſdr. 4: 24. Hagg. 1: 1. Zach. 1: 1. Eſdr. 5: 1–3. ſeqq. Dan. 9: 2. Zach. 1: 12. d Hagg. 2: 5. Zach. 1: 16. Eſdr. 6: 14, 15. e Ezech. 20: 40. Eſdr. 6: 15, 19.

## ARTIC. V.

*Eſdras, anno Artaxerxis Longimani ſeptimo* [a], *novam ducit Hieroſolymas coloniam* [b], *& regia autoritate cultum publicum inſtaurat* [c], *& judices conſtituit* [d].

a Eſdr. 7: 8, 9. b Eſdr. 7: 7, 13. c Eſdr. 7: 15, 17. 8: 35, 36. d Jer. 3: 15. Eſdr. 7: 25. Nehem. 2: 16.

## ARTIC. VI.

*Nehemias, anno ejuſdem Artaxerxis vigeſimo* [a], *Hieroſolymas muris cingit* [b], *ædificiis auget* [c], *cum Eſdra ſolatur populum mœſtum* [d].

a Neh. 2: 1, 5, 6. Eſdr. 2: 2. Neh. 12: 22. b Pſ. 51: 20. Dan. 9: 25. Neh. 2: 17. 6: 15. Neh. 12: 27. ſeqq. c Zach. 1: 16, 17. Neh. 2: 5. ſeqq. d Jer. 3: 15. Neh. 8. 9.

AR-

## ARTIC. VII.

*Nam Judæi, auditis ex Eſdra Dei præceptis* [a], *plorarunt & ſua ſuorumque patrum peccata confeſſi ſunt* [b], *& fœdus cum Deo renovarunt* [c], *hilariter feſtum tabernaculorum celebrantes* [d].

[a] Deut. 30: 11. Neh. 8: 1, 2, 3, 7. [b] Deut. 30: 6. Ezech. 20: 43. Neh. 8: 6, 9. 9: 2. [c] Deut. 30: 8. Ezech. 20: 42. 10: 29. Neh. 13: 3. [d] Jer. 30: 19. 33: 11. Neh. 8: 16, 17. Lev. 23: 34–36. Neh. 8: 18.

## ARTIC. VIII.

*Interea cum variis adverſitatibus confli-ctantur* [a], *à Perſis ſubinde vexantur* [b], *mire tamen multiplicantur* [c], *doniſque terreſtribus augentur* [d].

[a] Jer. 30: 10, 11. Dan. 9: 25. Eſdr. 8: 22. Neh. 2: 9. 1: 3. 4: 7. ſeqq. [b] Zach. 1: 8, 11, 12. Conf. Zach. 1: 12, 13, 19. 6: 2. Neh. 9: 37. Eſdr. 9: 8. [c] Deut. 30: 5. Eſai. 9: 3. Jer. 3: 16. 23: 3. 30: 19. Ezech. 36: 10, 11. Hoſ. 1: 10. Mich. 2: 12. Zach. 2: 4. [d] Deut. 30: 9. Jer. 33: 12. Ezech. 36: 8, 11. Joël 2: 19, 22. Zach. 1: 17. Zach. 8: 12, 13.

## ARTIC. IX.

*Ab Alexandro M. tractantur amicè* [a], *à Syriæ & Ægypti Regibus modo benè, modo malè* [b]: *Antiochum Magnum juvant con-*

*contra Ptolemæum Epiphanem puerum* [c], *& ſubjugantur ab eo, Ægyptii Regis victore* [d].

[a] Zach. 6: 3. Joſephus l. 11. c. 8 [b] Zach. 3: 6. [c] Dan. 11: 14. [d] Dan. 11: 16. Joſeph. Antiq. Jud. l. 12. c. 3.

## ARTIC. X.

*Plurimi labente tempore fiunt impii* [a], *& deficere amant à vero Deo* [b], *nonnulli ex ipſis doctoribus* [c]: *atque ob hanc impietatem* [d], *duriſſimè infeſtantur ab Antiocho Epiphane* [e].

[a] Eſai. 28: 7–9. Dan. 8: 23. [b] Dan. 11: 30. 1 Maccab. 1: 12–16. [c] Eſai. 28: 7. Dan. 11: 35. [d] Dan. 8: 9, 12, 24. Eſai. 6: 3. 1 Maccab. 1: 22, 24–26. Joſeph. l. 12. c. 7.

## ARTIC. XI.

*Biennio poſt Hieroſolyma capitur* [a], *templum contaminatur* [b], *cultus Jehovæ Dei veri prohibetur* [c], *& ſacrificium quotidianum per bis mille trecentas vices ſive* MCL. *dies abrogatur* [d].

[a] Dan. 8: 9. 1 Macc. 1: 31–34. Joſephus l. 12. c. 7. [b] Dan. 8: 11. 11: 31. 1 Maccab. 1: 57. [c] Dan. 8: 11, 25. Dan. 11: 30, 36. 1 Maccab. 1: 43, 59. [d] Dan. 8: 11, 13, 14. 11: 31. 1 Macc. 1: 46, 47, 57. 4: 52. 1: 38, 39, 41.

AR-

## ARTIC. XII.

*Judæorum multi ad Græcam ſuperſtitionem fraude & vi pertrahuntur* [a], *inrepugnantes ſuppliciis ſævitur* [b]: *nonnulli tamen in Jehovæ cultu fortiter perſeverant* [c].

[a] Dan. 8: 10. 11: 30, 32. 1 Maccab. 1: 45. [b] Dan. 11: 33. 1 Maccab. 1: 52, 60, 63, 64. [c] Dan. 11: 32, 33. 1 Maccab. 1: 65, 66. Conf. Hebr. 11: 35–38. 1 Maccab. 2: 28–30.

## ARTIC. XIII.

*Atque diras has calamitates præter Danielem* [a], *Aſaphus* [b] *quoque prædixiſſe videtur.*

[a] Joſeph. l. 12. c. 11. [b] Pſal. 74: 3, 4, 7, 8. 79: 1, 4.

# CAPUT DECIMUM.

## *De fatis aliorum populorum à Cyro uſque ad Judam Maccabæum.*

## ARTIC. I.

*Secundum regnum Chaldaico quidem ignobilius* [a], *tamen dominiis aliis potentius* [b], *fundant Medi, & his illuſtriores Perſæ* [c], *autore Cyro* [d].

[a] Dan. 2: 32, 39. [b] Dan. 8: 4. Diodor. Sicul. l. 2. c. 44. [c] Dan. 5: 28. 8: 3, 20. [d] Eſai. 45: 1. Eſdr. 1: 2.

AR-

## ARTIC. II.

*Xerxes, Perſarum Regum ditiſſimus*[a], *Græciam magno cum apparatu invadit*[b], *Darius Hyſtaſpides Babylonios acerbe punit*[c], *Babylonem portis ac muris nudat*[d]; *quæ ipſa tandem interit & omnino deſolatur*[e].

[a] Dan. 11: 2. Juſtinus l. 2. c. 20. [b] Dan. 11: 2. Cornel. Nep. in Themiſt. c. 2. Juſtin. l. 2. c. 11. [c] Jer. 51: 11. 50: 35. Eſai. 21: 2. Conf. Eſdr. 6: 23. Neh. 13: 6. [d] Jer. 50: 5. 51: 44, 58. [e] Pſ. 137: 8. Eſai. 13: 19–22. 14: 22, 23. Jer. 50: 3, 13, 39, 40. 51: 37, 38.

## ARTIC. III.

*Ut vaniſſima ſuperbia ſe jactarit æternam*[a]: *quin & Numina ejus à Perſis ante fuerunt abolita*[b].

[a] Eſai. 47: 7, 8. Jer. 51: 53. [b] Eſai. 46: 1. Jer. 51: 44, 47. Herod. l. 1. c. 183.

## ARTIC. IV.

*Ægyptiorum Dii exſcinduntur*[a], *Reges in exilium aguntur*[b], *regio vaſtatur*[c], *& incolæ cædibus & captivitate puniuntur*[d]; *territis vicinis Afris*[e].

[a] Eſai. 19: 1. Ezech. 30: 11–13. [b] Ezech. 30: 13. [c] Ezech. 30: 14–17. Conf. Num. 13: 23. [d] Ezech. 30: 4. [e] Ezech. 30: 9.

## ARTIC. V.

*Arabes in anguſtias conjiciuntur* [a] *alii Ægyptiorum auxiliatores cæduntur* [b].

a Ezech. 30: 4. b Ezech. 30: 8.

## ARTIC. VI.

*Tyrii Perſarum ſe Regibus dedunt* [a], *liberam ſub iis mercaturam exercent* [b], *Sidon tamen exſcinditur* [c]; *Ammonitæ & Moabitæ è cœtu Iſraëlis ejiciuntur* [d].

a Eſai. 23: 17. Herodot. l. 3. c. 19. b Eſai. 23: 17. Eſdr. 3: 7. Eſai. 23: 18. Neh. 13: 16. c Eſai. 23: 12. Jer. 46: 4. Ezech. 28: 22, 23. Zach. 9: 2. Diodor. Sicul. l. 16. c. 40. 41, 42, 43, 44, 45. d Deut. 23: 3, 4. Neh. 13: 1, 3.

## ARTIC. VII.

*Perſæ in variis mundi plagis occumbunt* [a], *& victi ab Alexandro M.* [b] *tandem amittunt regnum* [c], *quod tranſiit ad Græcos* [d].

a Jer. 49: 35–38. Ezech. 32: 24, 25. b Dan. 8: 6, 7. c Jer. 49: 38. d Dan. 2: 32, 39. 7: 6. 8: 21.

## ARTIC. VIII.

*Alexander Græcorum Rex primus, cæteros potentia antegreſſus* [a], *mira celeritate totum ſibi ſubjicit orbem* [b], *moriturus in virtutis & felicitatis faſtigio* [c].

[a] Dan. 8: 5, 21. 11: 3. [b] Dan. 8: 5. 2: 39. [c] Dan. 8: 8. 11: 4. Curt. l. 9 c. 6. Juſtin. l. 11. c. 6. Curt. l. 10. c. 4. Diodor. l. 17. c. 116, 117. Juſtin. l. 12. c. 16.

## ARTIC. IX.

*Palætyrus ſubmergitur aquis* [a]: *Tyrus nova confidit ſitu* [b], *munimentis* [c]: *ſed expugnata vaſtatur incendio* [d], *bellatoribus in ea cæſis* [e], *nautis antè ex navibus in urbem digreſſis* [f], *vicinis attonitis* [g].

[a] Ezech. 26: 19–21. Diodor. Sicul. l. 17. c. 40, 42. Curt. l. 4. c. 2, 3. [b] Ezech. 27: 3, 4. Curt. l. 4. c. 2. [c] Zach. 9: 3. Diodor. Sicul. l. 17. c. 40. [d] Ezech. 27: 32. Zach. 9: 4. Amos 1: 19. Curt. l. 4. c. 4. [e] Ezech. 27: 27. Diodorus Sicul. l. 17. c. 46. Curt. l. 4. c. 4. [f] Ezech. 27: 28, 29. Diodor. l. c. cap. 42. Curt. l. 4. c. 3. [g] Ezech. 27: 35. Zach. 9: 4. Juſtin. l. 21. c. 6.

## ARTIC. X.

*Gaza peregrino jam dominio ſubjecta* [a], *evertitur ac deſolatur* [b].

[a] Zach. 9: 5. Curt. l. 4. c. 6. Diodor. l. 17. c. 48. [b] Zephan. 2: 7. Amos 1: 7. Act. 8: 26.

## ARTIC. XI.

*Mortui Alexandri imperium non pervenit ad poſteros ejus* [a]; *ſed dividitur in quatuor regna* [b], *infirmiora* [c], *& ipſa tandem aliis relinquenda* [d].

 [a] Dan.

[a] Dan. 11:4. Juſtin. l. 15. c. 12. Curt. l. 10. c. 10. [b] Dan. 7: 6. 8: 8. 11: 4. Juſtin. l. 15. c. 2, 4. [c] Juſtin. l. 16. c. 1, 2, 3. Dan. 11: 4. [d] Dan. 11:4.

## ARTIC. XII.

*Rex Ægypti firmatus* [a]; *& juxta eum Rex Syriæ* [b], *dominio potentiaque illuſtris* [c].

[a] Dan. 11: 5. Juſtin. l. 13. c. 6. & l. 15. c. 1. Diodor. Sic. l. 18. c. 14, 43. [b] Dan. 11: 5. [c] Dan. 11: 5.

## ARTIC. XIII.

*Poſt aliquot annos, Ægypti & Syriæ Reges affinitate ſociantur* [a], *infauſtâ Regi marito, Reginæ uxori, filioque inde nato* [b].

[a] Dan. 11: 5, 6. [b] Dan. 11:6.

## ARTIC. XIV.

*Viciſſim Philadelphi filius Syriæ regnum occupat* [a], *ac ſpoliat* [b], *poſt redit in Ægyptum* [c].

[a] Dan. 11:7. [b] Dan. 11: 8. Juſtin. l. 27. c. 3. [c] Dan. 11: 9, Juſtin. l. 27. c. 1.

## ARTIC. XV.

*Filii Regis Syriæ contra Ægyptium inſtaurant bellum* [a], *eorumque unus recuperat Syriæ urbes* [b], *cruento mox prælio vincendus à Ptolemæo* [c].

[a] Dan. 11:10. [b] Dan. l. c. [c] Dan. 11:11. Juſt. l. c.

AR-

## ARTIC. XVI.

*Inflatus victoria Ægyptius* [a], *haud tamen prævalet Syriaco* [b], *qui bellum elapſis aliquot annis renovat* [c], *adjutus à multis fœderatis, ipſiſque Judæis* [d].

a Dan. 11:12. b Dan. l.c. Polyb. l. 5. c. 87. c Dan. 11:13. Juſtin. l. 31. c. 1. d Dan. 11:14.

## ARTIC. XVII.

*Igitur Antiochus capta urbe munita* [a], *victis Ægyptiis* [b], *victricia ubique arma circumtulit* [c], *ipſam quoque Judæam ingreſſus* [d].

a Dan. 11. 15. b Dan. 11. l.c. c Dan. 11:16. d Dan. 11:16.

## ARTIC. XVIII.

*Reverſus ad Ægyptum cum potentiſſimo exercitu* [a], *Ptolemæo Epiphani filiam ſpondet uxorem* [b], *ſucceſſu ſibi infauſto* [c].

a Dan. 11:17. b Dan. 11. 17. c Dan. l.c.

## ARTIC. XIX.

*Poſt multas occupat inſulas* [a], *ſed reprimitur ab extero duce* [b], *& rediens in Regnum infeliciter occumbit* [c].

a Dan. 11:18. b Dan. l.c. Conf. Num. 24: 24. Juſtin. l. 31. c. 6. c Dan. 11:19.

## ARTIC. XX.

*Mortuo ſuccedit filius regnum tributis onerans* [a], *qui poſt breve regnum occiſus* [b], *præter jus fratrem accipit ſucceſſorem*,[c] *virum aſtutum* [d].

[a] Dan. 11: 20. Conf. 2 Maccab. 3: 6. ſeqq. [b] Dan. l. c. [c] Dan. 11: 21. [d] Dan. 8: 23.

## ARTIC. XXI.

*Antiochus Epiphanes regnum accipit pacatum* [a], *& tuetur blanditiis* [b], *fracta factione adverſaria* [c], *contritoque ejus capite* [d].

[a] Dan. 11: 21. 1 Maccab. 1: 11. [b] Dan. l. c. [c] Dan. 11: 22. [d] Dan. l. c.

## ARTIC. XXII.

*Potentiam ab aliis firmatam in dies in majus auget* [a] *fœderibus* [b]: *atque munitus parva manu* [c], *ampliſſimum regnum quietè poſſidet* [d], *magnificentia & liberalitate patres avoſque ſuperans* [e].

[a] Dan. 8: 9, 24. [b] Dan. 11: 23. [c] Dan. l. c. [d] Dan. 11: 24. [e] Dan. 11: 24. 1 Maccab. 3: 30, 31.

## ARTIC. XXIII.

*Munitis inhians oppidis cum valido exercitu movet in Ægyptum* [a], *cujus Regem à ſuis*

*ſuis proditum vincit* [b], *& fallaci colloquio decipit, decipiendus & ipſe* [c].

[a] Dan. 11:24,25. 1 Maccab. 1: 17,18. Juſtin. l. 34. c. 2. [b] Dan. 11:25, 26. 1 Maccab. 1: 19. Joſeph. antiq. Jud. l. 12. c. 6. [c] Dan. 11: 27.

## ARTIC. XXIV.

*Spoliis onuſtus ex Ægypto revertitur in Syriam* [a], *Judæam in itinere vexat* [b]: *mox redit in Ægyptum* [c], *unde tamen à Romanis exire jubetur* [d]; *quare iram ſuam in Judæos effundit, regionem iſtorum vaſtans* e.

[a] Dan. 11: 28. 1 Maccab. 1: 20. Liv. l. 45. c. 11. [b] Dan. l. c. [c] Dan. 11: 29. Liv. l. 45. c. 11, 12. [d] Dan. 11: 29, 30. Num. 24: 24. 1 Maccab. 1: 1. Num. 24: 24. Liv. l. 45. c. 10.

## ARTIC. XXV.

*Regna cum infeſta maxime populo Dei* [a], *tum & alia deſtruuntur* [b], *ut regnum accipiat ſuo tempore Meſſias* [c].

[a] Zach. 1: 18–21. [b] Dan. 2: 34, 35. Hagg. 2: 22, 23. [c] Dan. 2: 35. Hagg. 2: 24.

## CAPUT UNDECIMUM.

## *De fatis Judæorum à Juda Maccabæo uſque ad mortem Jeſu Chriſti.*

### ARTIC. I.

*Judæi à Syris oppreſſi adjuvantur auxilio parvo* [a], *templum ab inquinamentis Antiochi purgant* [b], *& progreſſu temporis fiunt vicinis populis ſuperiores* [c].

[a] Dan. 11: 34. 1 Maccab. 3. & ſeqq. capp. 1 Maccab. 7: 50. [b] Dan. 8: 14. 1 Maccab. 3: 41–43, 48–56. [c] Mich. 2: 13. Mich. 4: 13. Zach. 12: 4–6.

### ARTIC. II.

*Nam vicerunt ſubjugaruntque Philiſthæos* [a], *Ammonitas* [b], *Moabitas* [c], *& Idumæos* [d], *quorum multos in ſervitutem redegerunt* [e], *idolis ipſorum deſtructis* [f].

[a] Zephan. 2: 4–7. Zach. 9: 5, 6. Obad. ℣. 19. 1 Maccab. 13: 43–48. 10: 48. ſeqq. 1 Maccab. 5: 68. [b] Jer. 49: 1, 2. [c] Jer. 48: 20, 41, 42. Zephan. 2: 8, 9. 1 Maccab. 5: 6, 7. [d] Ezech. 25: 12, 13, 14. Obad. ℣. 18, 19. Num. 24: 18. 1 Maccab. 5: 3. Joſeph. l. 13. c. 17. [e] Eſai. 14: 2. 1 Maccab. 11: 62. [f] Zeph. 2: 11. 1 Maccab. 5: 44, 68. 10: 84. 13: 47, 48.

## ARTIC. III.

*Hieroſolyma præſertim in veteri habitanda loco* a, *cladem dedit obſeſſoribus* [b], *ipſiſque defectoribus Judæis* [c].

a Zach. 12:6. 1 Maccab. 10: 10, 11. b Zach. 12: 2, 5. 1 Maccab. 7: 19, 39. 9: 3, 4, 50, 54. ſeq. 1 Maccab. 13: 49, 60. c Zachar. 12: 2. Dan. 11: 32. 1 Maccab. 7: 23, 24.

## ARTIC. IV.

*Partim in Cananæa, partim in aliis regionibus incredibiliter multiplicantur* [a].

[a] Joſeph. l. 14. c. 12. Philo de legat. ad Cajum.

## ARTIC. V.

*Plurimi ſunt impii* [a], *& fraudulenter ſe patriæ defenſoribus aggregant* [b]: *tamen ubique locorum ſummo ſtudio Proſelytos faciunt* c.

[a] Mich. 7: 1, 2, 4. Zephan. 3: 1, 2. Malach. 1: 6. 3: 5, 14. Joh. 8: 44. 1 Maccab. 3: 8. 6: 21, 22, 23. 7: 21, 22. Joſeph. l. 12. c. 14, 16. [b] Dan. 11: 34. 1 Maccab. 7: 9, 10. c Eſai. 14: 1. Matth. 23: 15.

## ARTIC. VI.

*Princeps & Magiſtratus violentiam, injuſtitiam & crudelitatem exercent* [a], *Pro-*

*phetæ ac Sacerdotes verbum Dei non docent* [b], *ſed traditionibus corrumpunt* [c].

[a] Mich. 7: 3. Zeph. 3: 3. Eſai. 28: 14. [b] Eſai. 8: 20. 28: 7, 9. [c] Zeph. 3: 4. Malach. 1: 6, 12. 2: 8. Matth. 9: 13. 5: 20. 15: 9, 14. 16: 6, 12, 14. Conf. Matth. 23: 2. ſeqq.

## ARTIC. VII.

*A Johanne quidem, Meſſiæ præcurſore, ad reſipiſcentiam invitantur omnes* [a], *ſed divitiis aucti Jeſu Chriſti Euangelium aſpernantur* [b], *paucis exceptis* [c].

[a] Malach. 4: 5, 6. Luc. 1: 16. Matth. 4: 1, 2. [b] Deut. 32: 15. Conf. Matth. 19: 22, 23. Marc. 4: 19. Luc. 6: 24. [c] Eſai. 49: 4. Malach. 3: 16. Matth. 8: 10. Luc. 12: 32. Matth. 13: 31, 32.

## ARTIC. VIII.

*Confœderatos licet Romanos* [a], *plus juſto metuunt* [b], *ut Deum ipſum ac Meſſiam illorum timore deſeruerint* [c].

[a] Eſai. 8: 12. [b] Eſai. 8: 12. Joh. 11: 48. Conf. Joh. 19: 12. [c] Eſai. 8. 13. Joh. 19: 12, 15. Conf. Matth. 22: 15. ſeqq. Eſai. 14: 15, 16. Conf. Deut. 6: 8. Prov. 7: 3.

## ARTIC. IX.

*Interim Judæa Idumæis ſubdita regibus* [a], *fit Idumæa ipſa* [b], *ſceptro à tribu Judæ dudum digreſſo* [c], *bello* [d], *ſubinde, ac*

*ac terræmotu conquaſſanda* [e], *quin & Hieroſolyma patet effractoribus* [f].

a Gen. 27:40. Joſeph. l. 14. c. 2. b Eſai. 34: 5, 6. Eſai. 63: 1. c Gen. 49: 10. d Lev. 26: 25. Hagg. 2: 22. Zach. 9: 10. e Hagg. 2: 21. Joſeph. l. 15. c. 7. f Num. 24: 24. Mich. 5: 1.

## ARTIC. X.

*Ex pluviæ defectu* [a] *oritur annonæ ſterilitas* [b], *hinc fames* [c], *& peſtis* [d], *quæ maximam Judæorum multitudinem abſumunt.*

a Lev. 26: 19. b Lev. 26: 20. c Lev. 26: 26. d Lev. 26: 25. Joſeph. Antiq. Jud. l. 15. c. 12.

# CAPUT DUODECIMUM.

## *De fatis aliorum populorum per hanc ſeptimam & ultimam ſecundi temporis periodum.*

## ARTIC. I.

*Romani erigunt regnum univerſale quartum* [a], *& ultimum* [b], *cæteris imperiis majus* [c], *ſubjugatis gentibus quàm plurimis* [d].

a Dan. 2: 33, 40. Dan. 7: 7, 23. b Dan. 2: 35. 7: 17, 18. c Dan. 7: 23. d Dan. 2: 33. 7: 23.

## ARTIC. II.

*Singulariter ſub ditionem ſuam redegerunt Syros* [a], *Ægyptios* [b], *mutuis diſcordiis fractos* [c], *Arabes* [d], *horumque auxiliatores Æthiopes devicerunt* [e].

a Num. 24: 24. Juſtin. l. 40. c. 2. b Pſ. 89: 11. Eſai. 19: 4. 43: 3. c Eſai. 19: 2. d Eſai. 43: 3. e Zeph. 2: 6, 12.

## ARTIC. III.

*At cito Romanum imperium dilaceratur bellis inteſtinis* [a], *ejus principes, licet affinitate juncti, colliduntur* [b], *unde Reſp. infirmatur* [c], *viribus tamen ſubinde recuperatis* [d].

a Dan. 2: 41. Flor. l. 4. c. 2. b Dan. 2: 43. c Dan. 2: 42. d Flor. l. 4. c. 3.

## ARTIC. IV.

*Ægyptii, qui perdebant ipſis fidentes* [a], *amittunt Deos ſuos* [b], *omnemque familiam regiam* [c], *Peluſio hoſtibus tradito* [d], *Thebis poſt vaſtandis* [e].

a 2 Reg. 18: 21. Flor. l. 4. c. 2. Vellej. Paterc. l. 2. c. 53, 54. b Eſai. 19: 1. Ezech. 30: 13. c Eſai. 19: 15. Ezech. 30: 13. d Ezech. 30: 15, 16. e Nahum. 3: 8–10. Ezech. 30: 14–16.

## ARTIC. V.

*Antiochus Epiphanes, Deorum omnium contemtor, tertiam in Ægyptum per Judæam ſuſcipit expeditionem* [b], *omiſſis Idumæis, Moabitis & Ammonitis* [c]: *atque tandem ſine manu humana interit* [d].

[a] Dan. 11: 36, 37. Hagg. 2: 8. [b] Dan. 11: 40, 41. [c] Dan. 11: 41. [d] Dan. 8: 25.

## ARTIC. VI.

*Cum Epiphane interiit gloria ac potentia regni Syriaci* [a]; *Idumæa, multis incolarum occiſis, vaſtatur* [b], *Moabitæ* [c], *& Ammonitæ ceſſant eſſe ſingularis populus* [d].

[a] Dan. 8: 23. [b] Jer. 49: 8, 13. Ezech. 35: 3–5. 2 Maccab. 10: 16, 17, 19. Jer. 49: 10. Ezech. 35: 6. Conf. 1 Maccab. 10: 17, 23. [c] Jer. 48: 42–44. [d] Ezech. 21: 31, 32. 25: 10.

## ARTIC. VII.

*Samaria exſcinditur* [a], *Babylon* [b], *ac Tyrus* [c], *deficere pergunt. Oppida multa terræ motu corruunt* [d].

[a] Hoſ. 14: 1. [b] Eſai. 13: 19, 20. Jer. 50: 39, 40. 51: 62–64. Plin. l. 6. c. 29. [c] Ezech. 27: 26, 27, 32, 34, 36. Conf. Ezech. 26: 14. Plin. l. 5. c. 19. [d] Hagg. 2: 7.

AR-

## CAPUT DECIMUMTERTIUM.

## *De fatis Meſſiæ naſcituri in fine ſecundi temporis.*

### ARTIC. I.

*Ante Chriſti adventum venit ejus prodromus* [a], *ex effætis parentibus natus* [b], *patre ob dubitationem caſtigato* [c], *vir ſeveræ vitæ* [d], *virtute præditus Eliæ* [e], *in deſerto reſipiſcentiam & fidem prædicans* [f].

[a] Malach. 3: 1. Matth. 11: 10. [b] Luc. 1: 7, 13, 57. [c] Luc. 1: 18, 20, 22, 64. [d] Luc. 1: 15. Matth. 3: 4. 2 Reg. 1: 8. Conf. Apoc. 6: 11, 12. Hebr. 11: 37. Lev. 11: 21, 22. Judic. 14: 8. 1 Sam. 14: 25, 26. Matth. 11: 18. [e] Malach. 4: 5. Luc. 1: 17. Matth. 11: 14. [f] Eſai. 40: 3. Matth. 3: 1–3. Joh. 1: 23. Luc. 1: 76, 77. Luc. 3: 3, 4.

### ARTIC. II.

*Præcurſorem mox ſequitur Meſſias ipſe* [a], *Jeſus* [b], *ſexto poſt menſe* [c], *natus Bethlehemi* [d], *è Virgine* [e], *filius Abrahami* [f], *Davidis* [g], *& Zorobabelis* [h].

[a] Malach. 3: 1. Hagg. 2. 7. Zach. 2: 10. 9: 9. Habak. 2: 3. Mich. 2: 13. Dan. 12: 1. Jer. 3: 17. [b] Luc. 1: 31. Matth. 1: 21, 25. Luc. 2: 21. [c] Luc. 1: 26, 36. [d] Mich. 5: 2. Luc. 2: 4, 6, 7. Matth. 2: 1, 4–6. [e] Eſai. 7: 14. Jer. 31: 22. Prov. 30: 19. Matth. 1: 18, 25. Luc. 1: 27, 31, 34, 35. Gen.

[f] Gen. 12:2, 3. 22:18. Matth. 1:1. [g] 2 Sam. 7:12, 13. Conf. 2 Sam. 7:19. Eſai. 11:1. Jer. 23:5. Amos 9:11. Act. 15:15, 16. Zach. 12:8. Rom. 1:3. Conf. Luc. 3. Matth. 20:31. 22:43. ſeqq. [h] Hagg. 2:24. Luc. 3:27.

## ARTIC. III.

*Tum ſcil. legiſlator nondum erat abolitus* [a], *& templum ſecundum adhuc ſtabat* [b], *&* LXX. *Danielis hebdomades ad finem decurrebant.*

[a] Gen. 49:10. [b] Hagg. 2:8, 10.

## ARTIC. IV.

*Convenienter legi Deo offertur in templo* [a], *futurus Patris ſervus* [b], *mox ad Herodis, Bethlehemiticos infantes occiſuri* [c], *inſidias evitandas* [d], *cum parentibus fugit in Ægyptum* [e].

[a] Exod. 13:2. Luc. 2:22, 23. [b] Pſ. 40:7. Conf. Exod. 21:6. Eſai. 42:1. Matth. 12:17, 18. Eſai. 52:13. 53:13. Philip. 2:7. [c] Jer. 31:15. [d] Gen. 3:15. [e] Jer. 31:15. Conf. Matth. 2:13.

## ARTIC. V.

*Mortuo tyranno reverſus ex Ægypto* [a], *educatur Nazarethi* [b], *ac proficit gratia & ſapientia* [c]: *pauper interim* [d], *Deo tamen ſemper confidens* [e].

[a] Exod.

[a] Exod. 4: 19. Jer. 31: 16. Hoſ. 11: 1. Matth. 2: 15, 19, 20, 21. Conf. Matth. 1: 3, 4. Gen. 46: 12. Num. 1: 7. [b] Ezech. 17: 22. Luc. 4: 29. Matth. 2: 22, 23. Luc. 2: 39. Conf. Job 7: 20. Eſai. 11: 1. Jer. 31: 6. Joh. 1: 47. [c] Eſai. 11: 2. Luc. 2: 40, 52. [d] Pſ. 88: 16. Matth. 8: 20. 2 Cor. 8: 9. [e] Pſ. 22: 11. Joh. 11: 42.

## ARTIC. VI.

*Tricenarius* [a], *Jeſus à Johanne immergitur in Jordanem* [b], *à Patre ſolenniter pacator renunciatus* [c], *Spirituque ſancto completur* [d].

[a] Luc. 3: 23. [b] Exod. 29: 4, 17. 40: 12. Lev. 1: 9. Matth. 3: 13–16. [c] Eſai. 42: 1. 53: 10. Matth. 3: 17. Luc. 2: 14. 3: 22. [d] Eſai. 11: 2. 42: 1. 61: 1. Exod. 40: 9, 13, 15. Matth. 3: 16. Luc. 4: 1.

## ARTIC. VII.

*Mox à Satana variè tentatus* [a], *illius inſidias forti pietate ſuperat* [b], *Angelorumque miniſterio honoratur* [c].

[a] Gen. 3: 15. Pſ. 91: 3, 5. Prov. 30: 19. Matth. 4: 3. Apoc. 13: 2, 12. [b] Pſ. 91: 3, 4, 10, 13. Matth. 4: 10, 11. Luc. 4: 13. [c] Pſ. 91: 11, 12. Matth. 4: 11.

## ARTIC. VIII.

*Victor in Galilæam reverſus, à Johanne*

*ne proclamatur Agnus Dei* [a]; *in Paſchatis feſto Hieroſolymis templum purgat* [b].

a Luc. 1:77. Joh. 1:7. Luc. 4:14. Joh. 1:29, 35, 36. b Pſ. 69:10. Joh. 2:14–17.

## ARTIC. IX.

*Plures facit diſcipulos quam Johannes* [a], *relicta Judæa redit in Galilæam* [b], *ubi annunciat Euangelium* [c], *& Apoſtolos legit è tribu Zebulonis & Naphtali* [d].

a Joh. 3:26, 30. 4:1. Conf. Joh. 1:27. b Eſai. 9:1, 2. Joh. 4:3. Matth. 4:12–16. c Job 33:23. Deut. 18:15. Pſ. 45:3. Eſai. 50:4. 55:4. Joël 2:23. Habak. 2:3. Zephan. 3:5. Marc. 1:14, 15. Luc. 4:16–21. Conf. Eſai. 61:1, 2. Vid. Luc. 4:25–28. Luc. 4:42–44. Matth. 4:23. d Gen. 49:21. Conf. Pſ. 68:27, 28. Jer. 31:6. Matth. 4:18–20. Vid. Joh. 1:21, 37, 41. ſeqq. Joh. 21:1.

## ARTIC. X.

*Concionibus addidit miracula, ægrotos ſanans* [a], *cœcis viſum ſurdiſque auditum* [b], *mortuis vitam* [c], *reſtituens, panem ac piſces multiplicans* [d], *vento ac mari imperans* [e].

a Exod. 15:26. Eſai. 53:4. Matth. 8:16, 17. Conf. Pſ. 103:3. b Eſai. 35:4–6. Matth. 11:4, 5. Marc. 7:37. Adde Matth. 15:30, 31. c Vid. 1 Reg. 17:17. ſeqq. 2 Reg. 4:32. ſeqq. Conf.

Joh.

Joh. 11: 25. Matth. 9: 25. Luc. 7: 12. ſeqq. Joh. 11: 41. ſeq. [d] 1 Reg. 17: 14–16. 2 Reg. 4: 3. ſeq. Conf. Matth. 14: 19–21. Matth. 15: 32. ſeqq. [e] Job 38: 8, 10, 11. Matth. 8: 26. 27. Adde Matth. 14: 26. ſeqq.

## ARTIC. XI.

*Hinc Judæorum plurimi Jeſum ſectantur Magiſtrum* [a], *aliis Domini conciones & miracula aſpernantibus vel criminantibus* [b].

[a] Eſai. 49: 3, 6. Luc. 2: 34. Matth. 4: 25. 8: 1. [b] Eſai. 42: 19, 20. 45: 9. Deut. 32: 15. Luc. 2: 34. Pſ. 118: 22. Matth. 12: 24. 23: 37. Joh. 8: 37, 38. 9: 28, 29.

## ARTIC. XII.

*Quos haud voluit acriter objurgare ſed placidè omiſit* [a], *interdum tamen divinis reſponſis cavillatores ad ſilentium adegit* [b].

[a] Eſai. 42: 2–4. Matth. 12: 14–17. [b] Job 5: 13. Pſ. 45: 6. Eſai. 29: 14. 44: 25. 45: 9. 49: 2. Matth. 22: 22, 34, 46.

## ARTIC. XIII.

*In adminiſtratione muneris Prophetici, ſpecimina quoque Sacerdotii ſui edidit luculenta* [a], *populi miſerens* [b], *eique dicens bene* [c], *ac pro diſcipulis Patrem orans* [d].

[a] Pſ. 110: 4. Jer. 30: 21. Hebr. 5: 10. Conf. Malach. 2: 7. [b] Hebr. 5: 1, 2. Matth. 14: 11. Marc. 7: 34. 8: 2. [c] Num. 6: 23. Luc. 24: 51. Act. 3: 26. [d] Luc. 22: 32. Joh. 17. tot. cap.

AR-

ARTIC. XIV.

*Docendi munere functus per tres annos cum dimidio* [a], *potenter* [b], *& ſæpe per parabolas* [c], *inſtante paſſionis tempore* [d], *iram Dei ſentire incipit* [e].

a Dan. 9: 27. Luc. 13: 7, 32, 33. b Eſai. 50: 4. Matth. 7: 29. 22: 16. Joh. 3: 2. c Pſ. 78: 2. Matth. 13: 34, 35. d Matth. 26: 2, 45. Conf. Joh. 7: 39. e Pſ. 42: 6, 12. 55: 5, 6. 88: 4, 8, 15, 16. Matth. 26: 37, 38. Luc. 22: 44.

ARTIC. XV.

*Tum adorat Deum* [a], *& confirmatur ab Angelo* [b]: *mox à diſcipulo proditur* [c], *accepto flagitii præmio* [d], *& à militibus armatis capitur* [e].

a Pſ. 42: 1. 43: 1. 88: 2, 11, 15. 109: 4. Luc. 22: 44. Matth. 26: 39, 42-44. b Pſ. 91: 11. Joh. 1: 52. Luc. 22: 43. Pſ. 41: 10. 55: 13-15. 109: 6-8. Matth. 26: 21, 23, 25. Joh. 13: 2, 18, 26, 27. Matth. 26: 48, 49. Luc. 22: 3. d Zach. 11: 12. Matth. 26: 15. 27: 3, 9. Marc. 14: 11. e Pſ. 22: 13, 17. 118: 12. Matth. 26: 47, 50, 55. Joh. 18: 3, 12.

ARTIC. XVI.

*Quin & à ſuis deſeritur* [a], *à Petro abnegatur* [b], *in Senatu falſis teſtimoniis impetitur* [c], *ſed teſtibus falſis nihil reſpondit* [d].

[a] Pſ. 31: 12. 38: 12. 69: 9. 88: 19. Matth. 26: 31. Conf. Zach. 13: 7. Matth. 26: 56. Marc. 14: 51, 52. [b] Matth. 26: 34. Marc. 14: 30 Matth. 26: 69–71. Vid. Luc 22: 58. Joh. 18: 25, Matth. 26: 71–74. [c] Pſ. 31: 19. 55: 4. Matth. 26: 59–61. [d] Pſ. 38: 14, 15. Eſai. 53: 7. Matth. 26: 62, 63.

## ARTIC. XVII.

*Tum adjuratus fatetur ſe Dei Filium ſ, brevi in gloriam evehendum* [a], *atque læſi nominis divini poſtulatur* [b], *& reus mortis agitur* [c], *verbis & verberibus malè habetur* [d], *conſpuiturque* [e].

[a] Pſ. 40: 11. Conf. Matth. 26: 63, 64. Matth. 16: 28. [b] Pſ. 4: 3. 41: 9. 109: 2. Matth. 26: 65. [c] Pſ. 38: 13. 40: 15. Matth. 26: 66. [d] Pſ. 22: 7. Eſai. 50: 6. Matth. 26: 67, 68. Luc. 22: 63–65. [e] Eſai. 50: 6. Matth. 26: 67.

## ARTIC. XVIII.

*Petrus reſipiſcit* [a], *Judas deſperat* [b], *& ſuffocatus viſcera effundit* [c]: *ac recepto iniquitatis pretio figuli ager emitur* [d].

[a] Luc. 22: 32, 61. Matth. 26: 74, 75. [b] Pſ. 109: 6, 7. Matth. 27: 3, 4. [c] Pſ. 55: 16. 109: 8. Matth. 27: 5. Act. 1: 18, 19. Conf. Pſ. 109: 6. [d] Jer. 32: 8. Matth. 27: 6–8.

## ARTIC. XIX.

*Jeſus ad Pilatum ducitur ligatus* [a], *ſe Regem eſſe fatetur* [b], *ad procerum accuſatio-*

*tionem nihil reſpondet* [c], *ad crucem petitur* [d].

a Gen. 22: 9. Judic. 16: 21. Pſ. 118: 27. Matth. 27: 2. Joh. 18: 12, 24. b Pſ. 40: 11. Matth. 27: 11. Luc. 23: 2. Joh. 18: 33–37. 1 Tim. 6: 13. c Pſ. 31: 14, 15. Eſai. 53: 7. Matth. 27: 12–14. d Pſ. 40: 15. 41: 6. Matth. 17: 22, 23. 27: 20, 22, 23.

## ARTIC. XX.

*Flagellatur* [a], *à militibus illuditur* [b], *conſputus colaphis percutitur* [c], *miſer populo oſtentatur* [d], *ad crucem rurſus poſtulatur* [e], *interrogatus num ſit Dei Filius, tacet* [f].

a Eſai. 50 6. 53: 4: Matth. 20: 19. Luc. 18: 33. Joh. 19: 1. b Pſ. 22: 7. 31: 12. Eſai. 52: 14. 53: 3. Matth. 27: 28, 29. c Eſai. 50: 6. Luc. 18: 32. Matth. 27: 30. d Eſai. 53: 3. 52: 14. Joh. 19: 4, 5. e Deut. 32: 15. Matth. 20: 18, 19. Joh. 19: 6, 7. f Pſ. 39: 2, 3, 10. Joh. 19: 9.

## ARTIC. XXI.

*Pilato, judiciariam poteſtatem ſuam alleganti, providentiam Dei opponit* [a], *Judæis cruci affigendus traditur* [b], *ad crucem ſine mora ducitur* [c], *vinum myrrhatum felle mixtum bibere non vult* [d].

a Pſ. 16: 8. 38: 16. 40: 18. 89: 43. 109: 27. Joh. 19: 10, 11: Act. 2: 23. b Joh. 19: 14–16.

[c] Matth. 21: 38, 39. Conf. Num. 19: 2. ſeqq. Joh. 19: 16. Matth. 27: 31. [d] Pſ. 69: 22. Matth. 27: 34. Marc. 15: 23.

## ARTIC. XXII.

*Medius inter duos latrones*[a], *cruci affigitur*[b], *militibus denudati veſtimenta inter ſe partientibus*[c], *ab omnibus contumelioſè irridetur*[d].

[a] Eſai. 53: 12. Matth. 27: 38. [b] Pſ. 22: 17, 18. Joh. 3: 14. Joh. 12: 32, 33. Luc. 23: 33. [c] Pſ. 22: 19. Matth. 27: 35. Joh. 19: 23, 24. [d] Pſ. 22: 8, 9. 42: 11. 69: 21. 109: 25. Matth. 27: 39–43.

## ARTIC. XXIII.

*Per tres horas, quibus tenebræ terram operuerant*[a], *meram ſentit Dei iram*[b]; *ac ſitit*[c]; *mox ſagittis Dei confectus*[d], *in medio ætatis flore*[e], *inter preces*[f], *Spiritum Deo commendans*[g], *piè obit*[h].

[a] Joël 2: 31. Amos 8: 9. Matth. 27: 45. [b] Pſ. 22: 2. 38: 22. 42: 8. 69: 2, 3. 88: 8, 15, 17, 18. 89: 39. Matth. 27: 46. [c] Pſ. 22: 16. 38: 8. 69: 4, 22. Joh. 19: 28–30. [d] Pſ. 31: 10, 11. 38: 3, 4. 22: 15, 16. Marc. 15: 44. [e] Pſ. 39: 6. 89: 46. [f] Pſ. 16: 1. 22: 20–22. 31: 2–5. Pſ. 69: 15–19. Hebr. 5: 7. [g] Pſ. 31: 6. Luc. 23: 46. [h] Eſai. 53: 8, 10, 12. Dan. 9: 26. Zach. 13: 7. Matth. 16: 21. 20: 28. Joh. 10: 11, 15. 19: 30. Luc. 23: 46. Matth. 27: 50.

## ARTIC. XXIV.

*Poſt obitum Jeſu terra contremiſcit*[a]; *matre*[b], *cognatis & comitibus ipſius plagam eminus ſpectantibus*[c]: *defuncti pedes non franguntur*[d], *ſed latus perfoditur*[e], *& corpus honeſtè ſepelitur*[f].

[a] Pſ. 68: 9. Hagg. 2: 7. Matth. 27: 51, 52. [b] Luc. 2: 35. Joh. 19: 25–27. [c] Pſ. 38: 12. 88: 19. Luc. 23: 49. Marc. 15: 39. [d] Exod. 12: 46. Joh. 19: 33, 36. Conf. Joh. 19: 31. [e] Zach. 12: 10. Joh. 19: 34, 37. [f] Pſ. 88: 4, 5. Eſai. 53: 9. Matth. 27: 57–60.

## ARTIC. XXV.

*Sepultus Jeſus calumniis impetitus*[a], *per milites in obſignato tumulo cuſtoditur*[b]: *corpus ad tertium uſque diem in eo hæret*[c], *dum Spiritus in cœlo beatè apud Patrem agit*[d], *& pro ſuſcitatione corporis precatur*[e].

[a] Pſ. 4: 3. 31: 19. 38: 17. 89: 52. 109: 28, 30, 31. Matth. 27: 62–64. [b] Pſ. 88: 9. Matth. 27: 65, 66. [c] Matth. 12: 40. [d] Pſ. 16: 9–10. Luc. 23: 43, 46. [e] Pſ. 6: 5, 6. 69: 19. 88: 11–13.

## ARTIC. XXVI.

*Omnes haſce paſſiones eſt paſſus præſcius*[a], *ac lubens*[b], *ſecundum Patris voluntatem ab æterno definitam*[c], *ut per eas ma-*

*magnum illud humanæ liberationis opus perſiceretur* d.

a Pſ. 40: 7. Conf. Joh. 2: 19. b Pſ. 40: 8, 9. Joh. 10: 17, 18. Matth. 26: 46, 53, 54. c Eſai. 50: 5. Matth. 26: 39. Joh. 19: 11. Act. 4: 27, 28. d Eſai. 53: 13. Zach. 6: 13. Joh. 17: 4. Joh. 19: 30.

## ARTIC. XXVII.

*Nam obedientia Filii uſque ad mortem eſt placamentum iræ divinæ* a, *victima pro noſtris peccatis* b, *& pretium liberationis animarum ſalvandarum* c, *ad Sanctitatem Patris demonſtrandam* d.

a Eſai. 42: 1. Matth. 3: 17. 2 Cor. 5: 19. 1 Joh. 2: 2. Philip. 2: 7, 8. b Eſai. 53: 4, 5, 8, 10. Rom. 4: 25. 2 Cor. 5: 21. Eph. 5: 2. c Job 33: 24. Hebr. 9: 12. 1 Tim. 2: 6. 1 Petr. 1: 18, 19. d Pſ. 69: 8. Eſai. 49: 3. Luc. 2: 14. Rom. 3: 25.

## ARTIC. XXVIII.

*Qui ab æterno dedit Chriſto populum ex hominibus ſelectum* a, *è poteſtate Satanæ vindicandum* b, *& reducendum in communionem Dei* c.

a Eſai. 8: 18. Hebr. 2: 13. Joh. 17: 6. Epheſ. 1: 3, 4. Matth. 1: 21. b Gen. 3: 15. Rom. 16: 20. Eſai. 49: 24, 25. Matth. 12: 29. Pſ. 68: 19. Eph. 4: 8. c Eſai. 44: 8, 9. Joh. 17: 11, 21, 22, 24. Coloſſ. 1: 12, 13.

## Artic. XXIX.

1 *Populi hujus perſonam geſſit Jeſus apud Patrem judicem* [a], *ut quicquid egit vel paſſus eſt nos egiſſe vel paſſi eſſe cenſeamur* [b], 2 *ablatis noſtris peccatis* [c], 3 *& impetrato æternæ vitæ jure* [d].

a Pſ. 69: 5. Eſai. 53: 5, 6, 8. Matth. 20: 28. b Rom. 5: 15. 6: 5, 8. 2 Cor. 5: 15. Gal. 2: 20. Hebr. 7: 22. c Pſ. 38: 4-6. 69: 6. Eſai. 53: 11. Joh. 1: 29. 1 Petr. 2: 24. d Eſai. 53. 11. Habak. 2. 4. Job 33. 24. Rom. 5. 18, 19. 1 Cor. 15. 22. Galat. 3. 13, 14. Joh. 11. 25. Matth. 27. 51, 53.

## Artic. XXX.

*Atque hanc Dei gratiam in Chriſto mortuo repræſentavit univerſus cultus Leviticus* [a], *& ſingulariter innumerus ſacrificiorum numerus* [b].

a Joh. 1. 17. Coloſſ. 3. 17. Hebr. 8. 5. Conf. Exod. 25. 9. & 26. 30. Hebr. 10: 1. b Pſ. 50. 5. Eſai. 1. 11, 13. Hoſ. 6. 6. Matth. 9. 13. Matth. 12. 7. Hebr. 9. 9-14.

## Artic. XXXI.

*Circa mortem Jeſu Nazareni deſinunt LXX. hebdomadæ Danielis, intra quas peccatum expiari, juſtitia adduci, Prophetia expleri, & Meſſias exſcindi debuit* [a].

a Dan. 9. 24. 8. 23, 25-27. Rom. 5. 20. 1 Cor. 15. 16. Rom. 7. 5, 6, 8. 5. 20. 6. 14. Joh. 1. 17. 6. 27.

## CAPUT DECIMUMQUARTUM.

### *De* VII. *membris tertii temporis, à morte Chriſti uſque ad mundi finem.*

§. I. Poſt mortem Jeſu Chriſti novam cœpiſſe Eccleſiæ ætatem, ipſe Dominus monet. *Non bibam*, ait ad Diſcipulos paulo ante obitum, *ab hoc tempore ex iſto vitis fructu uſque ad diem illum, quo ipſum bibam vobiſcum novum in regno Patris mei*, Matth. 26: 29. quorum verborum hic eſt ſenſus: citius vobiſcum non edam bibamve, quam nova venerit Eccleſiæ ætas, novus ſtatus, qui Regnum Dei vocatur. Conf. Luc. 22: 18. ubi Chriſtus eandem ſententiam ita pronunciat: *Dico vobis me non bibiturum ex fructu vitis, uſque quo regnum Dei venerit*; unde Paulus exclamat: *Ecce nunc tempus acceptum! ecce nunc dies ſalutis!* 2 Cor. 6: 2. quo *vetera præterierunt, ecce nova omnia facta ſunt*, 2 Cor. 5: 17.

§. II. Periodi novæ hujus ac tertiæ ætatis rectè ſtatuuntur ſeptem, quarum

1. Ab excitatione Jeſu Chriſti à mortuis

tuis uſque ad Domitianum, anno æræ vulgaris 83. Romanum Imperatorem factum, & curſum Evangelii impediturum protenditur.

II. Ab anno 84. ad Conſtantini de Licinio reportatam victoriam a. 324. & pacem Eccleſiæ datam.

III. Ab anno 325. ad Bonifacium III. Papam Romanum, à Phoca tyranno Oecumenicum Epiſcopum anno 606. declaratum.

IV. A Bonifacio III. ad Gregorium VII. Romana ſede a. 1073. potitum, ſupremamque in civilibus & Eccleſiaſticis poteſtatem ſibi & ſucceſſoribus arrogaturum.

V. A Gregorio VII. ad Martinum Lutherum anno 1517. contra indulgentias diſputantem, bellumque Romanæ Eccleſiæ illaturum.

VI. A Luthero Evangelium in lucem revocante ad pacem religioſam, anno 1555. in Comitiis Auguſtanis confirmatam.

VII. A pace religioſa ad mundi finem, dum peragitur judicium adverſus Eccleſiam ingratam, toto poſt terrarum orbe regno Chriſti ſubjiciendo.

§. III. Septenarius hic periodorum N. T. numerus in ipſa Scriptura S. non obſcurè definitur. Nam B. Johannes, ſcribere juſſus quæ viderat, quæ tum erant, & quæ poſthac futura, Apoc. 1: 19. ex ore D. Jeſu ſeptem excipit epiſtolas, ad totidem cœtus Aſiaticos datas, ſeptem videt aperiri ſigilla, ſeptemque audit à ſeptem Angelis inflari tubas.

§. IV. Credo, imagine ſeptem Eccleſiarum eſſe depictum Eccleſiæ univerſalis Novi Teſtamenti per ſeptem tempora ſtatum internum: ſeptem ſigillis expreſſum ejus præcipuè ſtatum externum: ſeptem verò tubis decantata orbis reliqui fata nobiliora, quatenus ad Eccleſiæ ſtatum ſive externum immutandum pertinent. Per ſtatum *internum* intelligo profectum Eccleſiæ in cognitione veritatis ſecundum pietatem: per *externum*, ejus incrementum, decrementum, amplitudinem, paucitatem, quietem, inquietem, proſperitatem, miſeriam, divitias, paupertatem, gloriam, ignominiam &c.

§. V. Internum ſtatum conſpicimus ex characteribus ſeptem Eccleſiis Aſiaticis inſculptis. Et 1. quidem *Epheſinæ* ſingularis nota, quâ diſcernitur à reliquis

cœtibus, eſt indefeſſum Evangelii in orbe propagandi ſtudium: II. vero *Smyrnenſis* fortiſſima patientia in tolerandis propter Evangelium ſuppliciis: III. *Pergamenſis* conſtantia in aſſerendo Filii Dei honore inter homines, qui populum Dei ad colenda idola ſeducunt, & humanæ poteſtati ſubjiciunt: IV. *Thyatirenſis* Eccleſiæ character eſt profectus in veritate & ſanctitate, quem fecit, licet Doctorem mendacem, ſupremum ſibi auctoritatem docendi arrogantem, ſeducere alios permitteret. V. *Sardenſis* eſt corruptio tantum non per omnia graſſans membra. VI. *Philadelphenſis* libera conſtansque Evangelii profeſſio, & denique VII. *Laodicenæ* tepor religionis, donec Chriſtus veniat ad cœnam.

§. VI. Quæ in Epiſtolis characteres iſtos exhibentibus de ſtatu Eccleſiæ externo occurrunt, ut in Smyrnenſi de paupertate, ignominia & ſuppliciis, in Pergamenſi de cæde Antipæ, faciunt ad declarandum ejus ſtatum internum, eoque memorantur, ut ſciamus qua ſe ratione Eccleſia hac rerum facie gerat.

§. VII. Nemo ignorat, qui hiſtorias Eccleſiaſticas novit, hiſce ipſis characteri-

ribus ſignari & integram N. T. Eccleſiam, ſepties pro ſeptem temporum ratione formam velut novam induentem. Nam I. ab excitatione Jeſu Chriſti à mortuis ad Apoſtolorum obitum indefatigata diligentia longè lateque per tres mundi partes Evangelium propagavit. II. ſub Imperatoribus Paganis uſque ad Conſtantinum M. patienter tulit ſupplicia propter nomen Jeſu Chriſti ſibi illata. III. à Conſtantini M. temporibus uſque ad Bonifacium tertium, divinitatem Filii Dei contra quoſcunque ejus hoſtes aſſeruit conſtanter, etſi inter homines ad ſuperſtitionem, cultumque idolorum & dominium humanum conſcientiis grave, viam parantes degeret. IV. à Bonifacio tertio ad Gregorii Septimi ætatem, ſanctæ religionis ſtudium retinuit intenditque, preſſa licet auctoritate mendacis doctoris, ſacrilego tumidoque ore multos ſeducentis. V. à Gregorio Septimo ad lætiſſima B. Lutheri tempora, & mentis erroribus & vitæ pravitate tantum non tota fuit corrupta. VI. à Lutheri temporibus uſque poſt impetratam confirmatamque Regum & Principum edictis exercendæ religionis liberta-

tatem, Evangelium & amavit ſincere & profeſſa eſt fortiter. VII. ab ea vero tempeſtate tepeſcere eheu cœpit ſanctæ veritatis amor, atque vel nondum tenemus, vel non omnes & ubique ardemus doctrinæ ſalutaris ſtudio, caſtigati propterea (aut potius puniti, ejecti) jam pluribus in regionibus, in reliquis eundem calicem bibituri ocyus, ſerius, donec Chriſtus demonſtret ſe Regem omnium nationum, populorum & gentium.

§. VIII. Concludo hinc ſine erroris metu poſſe inferri, ſeptem cœtus Aſiaticos imaginem eſſe totius Eccleſiæ N. T., eoque hanc pro ſeptem temporum differentiis in forma ſeptemplice nobis occurrere. Tamen & lubens concedo, extitiſſe cœtum Epheſinum, Smyrnenſem, forte & Johannem miſiſſe ad unumquemque eorum epiſtolam, etſi nondum ſciam, argumentum Epiſtolarum pleno ſenſu cum cœtibus illis quadrare. Verum enimvero quia characteres ſeptem particularium in minore Aſia Eccleſiarum vividiſſimi comparent in univerſali Eccleſia N. T. ſeptem temporum articulis diſcreta, concedi & hoc debet, primum particularem cœtum Epheſinum,

num, fuiſſe ſimulacrum Eccleſiæ totius in primo temporis articulo; ſecundum Smyrnenſem in ſecundo. Et ita de cæteris. Quare & in Epilogo harum Epiſtolarum, non unius cœtus ſed Eccleſiarum in numero plurali mentio fit: *qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis*, Apoc. 2: 7, 17, 29. & cap. 3: 6, 13, 22.

§. IX. Si quis dicat, unum eundemque characterem conſpici, ut in diverſis cœtibus particularibus, ſic & in plurium periodorum Eccleſia generali, v. g. diligentiam in Evangelio propagando non modo præſtitiſſe Epheſinos ſed & Smyrnenſes; non modo Eccleſiam ſub Apoſtolis, ſed & ſub Imperatoribus paganis Chriſtianiſque: item ſupplicia ob nomen Jeſu tuliſſe patienter non ſolum Smyrnenſes, ſed & Epheſinos; non ſolum Chriſtianos ſub Imperatoribus, ſed & Apoſtolos Apoſtolorumque diſcipulos: ſi quis ajo hæc contra nos dicat, eum rogamus ut conſideret, unuſve character in uno cœtu clarius ac diſtinctius appareat quàm in altero, qui obſcuriora tantum ejus fert veſtigia? Profecto ille reperiet, in Epheſinis nitidius emicare

care diligentiam in propagatione Evangelii quàm in Smyrnenſibus; in hiſce patientiam tolerandi ſupplicia magis eſſe conſpicuam quàm in Epheſinis. Sic & ſtudium propagandæ veritatis clarius in prima elucet Eccleſia Apoſtolorum tempore, fortis ſuppliciorum tolerantia in Eccleſia ſecundæ periodi ſub Imperatoribus paganis.

§. X. Porro ut ſtatus Eccleſiæ N. T. internus repræſentatur imagine ſeptem cœtuum Aſiaticorum, ita externus libro ſeptem ſigillis obſignato deſcribitur. Nam aperto ſigillo I. Dominus Jeſus B. Johanni apparet ceu victor eques, triumphantia latè circumferens arma, quo emblemate innuitur ſubjectis Chriſto gentibus multis potentia Evangelii, magna Eccleſiam incrementa ſumere. Neque certè vana & irrita eſſe potuit diligentia proferendi regnum cœlorum, quem primi temporis Eccleſiæ characterem eſſe audivimus.

§. XI. Recluſo ſigillo II. vidit Johannes populo in mutuas cædes crudeliter ſævientes, quibus intermixta Eccleſia non potuit non & ipſa cædibus vaſtari, & maximè patientia malorum, quæ

ſe-

ſecundæ periodi Eccleſiæ nota eſt, opus habuerit. Poſt ſigilli III. apertionem prodiit equus ater cum inſeſſore trutinam in manu gerente, panemque vitæ pecunia æſtimante. Qua viſione adumbratur Eccleſia cibi ſalutaris indiga ob doctorum avaritiam & libidinem dominandi conſcientiis, vitia, tertii temporis Eccleſiæ valde infeſta.

§. XII. Sigilli IV. equus pallidus à morte inſeſſus, eſt figura multitudinis à mendaci & ſuperbo doctore ſeductæ à via vitæ. Etiam falſi Prophetæ multoſque ſeducentis auctoritate Eccleſiam quarto temporis articulo preſſum iri, quarta nos Epiſtola, quæ eſt ad Angelum Thyatirenſem, ſuperius docuit. Reſignato ſigillo V. auditur clamor ſanctorum ob veritatem mactatorum. Scilicet illibatæ doctrinæ hoſtes magno numero delevêre ſervos Jeſu Chriſti teſteſque veritatis: ac turba periculi immunis, veræ Catholicæ Apoſtolicæ Eccleſiæ titulo ſuperbiens, in erroribus, ſuperſtitionibus & flagitiis jacuit mortua; quem fore quinto tempore ſtatum Eccleſiæ, Sardenſis Angelus documento eſt.

§. XIII. Quum ſigillum VI. aperitur, movetur terra, obſcuratur Sol, cruentatur Luna, è cœlo decidunt ſtellæ, cœlum ipſum recedit, montes & inſulæ priſtinis dimoventur ſedibus, ſummi, medioxumi & infimi pavent, trepidant anguntur que. Nempe Philadelphenſis Angelus, i. e. ſexti temporis Eccleſia veritatem liberè & fortiter profitetur, corruptum Dei cultum reformat, errores ac mendacia detegit, redarguit. Hinc commoventur populi, Doctor mendax non amplius pro lumine habetur; Principes ſanguine teſtium veritatis maculantur; falſæ Eccleſiæ Antiſtites, erraticæ illæ putatitii cœli ſtellæ, auctoritatem perdunt, quin & ipſa Eccleſia falſa ſeparatur à vera, regna & reſp. agitantur tumultuanturque, nemo non, qui veritatem haud diligit, ab ea ſibi timet anxiè.

§. XIV. Denique poſt ſigilli VII. aperturam fit in cœlo ſilentium durans per ſemihorium. Notari eo ſtupenda Eccleſiæ fata cum triſtia tum læta, ſeptimo & ultimo tempore ſubitò ingruitura, Deo ad preces Eccleſiæ aliquamdiu ſilente, & Eccleſia Deo cauſſam ſuam

in ſilentio commendante, probabiliter judicatur.

§. XV. Sequuntur ſeptem tubæ, quibus totidem Angeli notabiliora, ſtatumque Eccleſiæ immutantia orbis fata decantant: I. Reip. Judaicæ vaſtationem & deſtructionem. II. cruenta poſt exciſos Judæos Romani Imperii bella. III. corruptionem orbis per Arium & alios hæreticos. IV. tenebras ignorantiæ & ſuperſtitionis. V. Antichriſti ejuſque Satellitum monachorum præſertim graſſationes, tenebras prioribus ſpiſſiores. VI. Turcarum in orbem Antichriſtianum irruptiones. VII. regnorum mundi ad regnum Jeſu Chriſti acceſſionem.

§. XVI. Tempus ſeptimæ tubæ eſſe ultimum, non ſinit dubitare Angelus jurans, per Deum vivum, *tempus non fore amplius, ſed diebus vocis ſeptimi Angeli, quum buccinaturus eſt, conſummatum iri myſterium Dei, ſicut annunciavit ſervis ſuis Prophetis*, Apoc. 10: 6, 7. Conf. Dan. 12: 7.

§. XVII. Septem plagæ à totidem Angelis è ſeptem phialis effundendæ memorantur quidem *Apoc.* 16. verùm tempus earum non reſpondet tempori ſeptem

 Epi-

Epiſtolarum, ſeptem ſigillorum ſeptemve tubarum; etſi plaga ſeptima, Antichriſti regnique Antichriſtiani deſtructio, in tempus ſeptimæ tubæ incidat. quemadmodum & ſeptimo die ad ſeptimum ſeptem tubarum clangorem muri Hierichuntis corruerunt, *Joſ.* 6: 13. ſeqq. Plaga enim prima erat malignum ulcus in hominibus charactere beſtiæ ſignatis, & ejus imaginem adorantibus, ℣. 2. beſtiam verò, quæ homines charactere ſignavit, & imaginem adorandam ſtatuit, eſſe demum poſt Conſtantini M. tempore ortam conſtat.

§. XVIII. Sed & in ſcriptura Veteris Teſtamenti innuuntur ſeptem periodi Eccleſiæ N. T. Ita cantat Hanna Samuëlis mater 1 Sam. 2: 5. *Sterilis peperit ſeptem, & quæ multiplicabat liberos, infirmata eſt*; cujus effati hic eſt ſenſus: gentes, quæ uſque huc vivo ſemine verbi Dei deſtitutæ nullos Deo liberos genuerunt, jam reddi fecundas, & per ſeptem N. T. tempora parere filios Dei, populum vero Judaicum, qui diu ſolus Deo liberos pepererit, verſa vice ſterilem factum. Hanna enim occaſione nati Samuëlis de ortu Meſſiæ cogitans, decan-

tat fata Eccleſiæ N. T. & ℣. 4. quidem Judæorum rejectionem, & cæterarum gentium adoptionem.

§. XIX. Pſalm 12: 7. *Dicta Jehovæ dicta pura, argentum conflatum in fornace terrea, fuſum ſepties*: id eſt, Veritas verbi divini, erroribus mendaciiſque nullis intermixta, puri inſtar argenti, ſeptem temporis articulis probata ac demonſtrata eſt. Queritur enim hoc Pſ. Eccleſia de falſa doctrina Antichriſti, tantum non ab omnibus recepta, & contra Doctores mendaces ex ſe ipſis loquentes auctoritatem eloquiorum Dei aſſerit. *Succidat Jehova univerſa labia blanda, linguam loquentem magna: qui dicunt, linguam noſtram roborabimus, labia noſtra nobiſcum, quis dominus nobis?* ℣. 4, 5.

§. XX. Pſalm 119: 164. *Septies in die laudo te ob judicia juſtitiæ tuæ*. Per ſeptem N. T. tempora, quæ dies vocantur in ſacris literis, laudavi judicia tua juſtiſſima. Loquitur enim Eccleſia ultimæ periodi.

§. XXI. Prov. 9: 1. *Sapientia ædificavit domum, excidit ſeptem columnas ſuas*. Domus à ſapientia exſtructa eſt N. T. Eccleſia, nam in ea Pater & Filius & Spi-

Spiritus S. habitant, Joh. 14: 23. 1 Cor. 3: 16. 1 Tim. 3: 15. Sapientiæ opponitur mulier ſtulta, ℣. 13. id eſt, meretrix Babylonica; ſedem habens in locis excelſis. Hæc Sapientia exſtruit domum ſuam; Chriſtus ipſe colligit ſuam Eccleſiam, Vir germen ædificat templum Jehovæ, Zach. 6: 12. ſeptem columnæ ſunt Eccleſiæ ſeptem, ſive ſeptem temporum articulis diſcretæ. Columna ſtat immota, nec à turbine dejicitur. *Ut turbo tranſit, non eſt impius: juſtus autem eſt fundamentum perpetuum*, Prov. 10: 25. *non labitur in ſeculum*, Pſ. 15: 5. *qui confidunt Jehovæ, ſunt ut mons Sion, qui non commovetur, ſed in ſeculum habitatur*, Pſ. 125: 1. *Si quis vicerit, faciam ut ſit columna in templo Dei*, Apoc. 3: 12. Audiatur Ambroſius Ansbertus, ſeculi VIII. Scriptor in Apocal. *De hac etiam Sanctorum Eccleſia per Salomonem dicitur.* Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. *Quem enim alium ſapientiæ vocabulo intelligi voluit, niſi eum, de quo Paulus ait*, Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam? *Quam vero domum eandem ſapientiam ædificaſſe innuit, niſi illam, de qua idem egre-*

*gius prædicator dicit*: quæ domus nos ſumus? *ut autem oſtenderet, in ſeptenario numero firmitatem & decorem Eccleſiæ deſignari, ſtatim ſubjecit & ait*: Excidit columnas ſeptem. *Columnas etenim ſeptem excidit, quia ab amore præſentis ſeculi dura gentilium corda ſeptiformi Spiritu implenda ſeparavit, atque in fortitudinem cœleſtis ædificii erexit. Hæc igitur ſanctarum ſcripturarum teſtimonia ſatis indicant, in ſeptenario ſacratoque numero univerſalem Eccleſiam intelligi debere; ſed hæc eadem aliis adhuc fidei argumentis ſtudeamus approbare, ſeptenarius itaque numerus ex impari videl. & pari.* Numerum ternarium poſtea ad Deum Patrem, Filium ac Spiritum S. & quaternarium ad quatuor mundi partes inter cætera refert.

§. XXII. Zachar. 3: 9. *Ecce lapis, quem poſui coram Joſua, in lapidem unum ſeptem oculi.* Lapis hic ſine dubio Chriſtus eſt, *lapis ille, quem reprobarunt ædificatores, factus caput Anguli*, Pſ. 118: 22. Matth. 21: 42. *Lapis fundatus in Sione, lapis munitionis, anguli pretioſi, fundamenti fundati*, Eſai. 28: 16. Ponitur in conſpectu Joſuæ Judæorum Pontificis Maximi, ut ab eo agnoſceretur, & pro

ſa-

ſalutis Petra haberetur. In unum lapidem oculi ſeptem. Eccleſia per ſeptem tempora *poſt adductionem ſervi germinis* ℣. 8. elapſura, oculos fidei in unum Jeſum Chriſtum diriget, alium Doctorem vel Salvatorem non reſpiciet.

§. XXIII. Idem Propheta Zacharias cap. 4: vſ. 2. vidit *candelabrum totum aureum, & lenticulam in ſummitate ejus & ſeptem lucernas juxta eam, ſeptemque tubulos ſeptem lucernis in ſummitate ejus.* Candelabrum eſt Eccleſia N. T. in qua lucet *mundi lux.* Joh. 8: 12. Aurum candelabri materia notat fidem Eccleſiæ auro comparatam, Apoc. 3: 18. imo auro pretioſiorem, 1 Petr. 1: 7. Lenticula rotundum vas, è quo per tubulos vel infuſoria oleum in lucernas defluit, figura eſt Chriſti, è quo ceu capite noſtro gratia Spiritus S. in Eccleſiam influit. Candelabrum habet juxta lenticulam ſeptem lucernas. Eccleſia tota N. T. ex ſeptem conſtat agminibus, ſive ex Eccleſiis ſeptem diſtinctorum temporum. Repræſentantur alias ſeptem candelabris aureis, Apoc. 1: 20. ſeptem lucernæ habent ſeptem tubulos, ſeptem infuſoria, per quæ oleum accipiunt. Fallor, aut tubuli hi

deſignant cor noſtrum, quo gratiam Spiritus S. recipimus.

§. XXIV. Taceo, Agnum *habere ſeptem cornua, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram*, Apoc. 5: 6. quod optimè de una Chriſti potentia unoque Spiritu, ſed per ſeptem tempora efficaci intelligitur. Traditio veterum Eccleſiæ Patrum de ſeptem donis Spiritus S. nonniſi Græcorum Interpretum nititur auctoritate, neque fundatur Eſai. 11: 2. ubi ſex modo virtutes aut dotes Meſſiæ, à Spiritu S. in ipſo productas codex Hebræus recenſet.

§. XXV. Sunt Viri docti, qui per ſeptem mulieres unum Virum apprehendentes, & ab eo nominari cupientes Eſai. 4: 1. intelligunt Eccleſiam ſeptem temporum ad Meſſiam, virum germen, confugientem. Sed probo Oecolampadii judicium ſcribentis ad h. l. *Verſus illi ſuperioribus connectuntur, nec bene quadrat hoc loco allegoria ad Chriſtum, & ad ſeptem Eccleſias.* Et quiſquis ad Chriſtum ſe recipit, ab eo victum quoque & amictum accipiunt, ſecus ac hæ mulieres ſeptem putarunt. Unde & Coccejus credidit Eſajæ vaticinii hunc eſſe ſenſum:

tantam fore penuriam Virorum poſt cædem à Babyloniis factam, ut ſeptem fœminæ unum ambiant virum.

§. XXVI. Ex dictis liquido apparet, tertiæ ætatis, quam Eccleſia peragere in terra debet, diſcretionem in ſeptem periodos repetitam eſſe ex ſacris literis, & proinde adhibendam, ſi Dei opera in Eccleſia N. T. patrata ordine conſiderare volumus. Nec contra quicquam facit inæquale admodum, uti ſupra definitum eſt, earum periodorum ſpatium. Nam in ordinandis ſive Eccleſiæ ſive mundi temporibus, non ad æqualem annorum numerum, ſed ad celebriores viciſſitudines mutationeſque, quandocunque contigerunt, attendere oportet.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

### *De gloria Meſſiæ Jeſu Nazareni in principio tertii temporis.*

§. 1. Geminum ſacri Prophetæ ſtatum Meſſiæ prædixerunt, unum humilem, miſerum, ignominioſum, ſervilem, in quo Patri debuit obedire uſque ad mortem crucis; alterum

felicem, glorioſum, ubi lætitia triſtitiæ, honor contumeliæ, dominatio ſervituti, vitaque morti ſuccedit. Vaticinia de priore ſtatu, eorumque complementum vidimus cap. XIII. nunc jubet ordo, ut poſteriorem quoque repræſentemus. Itaque

## ARTIC. I.

*Jeſus Chriſtus vitam ac liberationem orans à Patre exauditur* [a], *& vinculis mortis exolutus* [b], *tertio die* [c] *è ſepulcro prodiit* [d].

[a] Pſ. 21: 3, 5. 89: 27, 28. 18: 5. Adde Eſai. 49: 8. [b] Pſ. 16: 10, 11. 71: 20. 118: 17, 18, 21. Zach. 9: 9. Act. 2: 24. Hebr. 13: 20. [c] Matth. 12: 40. 16: 21. 17: 23. Marc. 16: 9. 1 Cor. 15: 4. Vid. Hoſ. 6: 2. [d] Pſ. 40: 3. 91: 16. Eſai. 53: 10. Matth. 28: 6. Luc. 24: 5. Rom. 10: 9.

## ARTIC. II.

*Dilapſis militibus* [a], *invitis Judæis* [b], *commota terra* [c], *& Angelis è cœlo ad ſepulcrum deſcendentibus* [d].

[a] Pſ. 3: 6, 7. 68: 2. 31: 9. Matth. 28: 4, 11. [b] Pſ. 31: 19. 89: 52. Matth. 28: 12, 13. [c] Hagg. 2: 7. Matth. 28: 2. Pſ. 68: 9. [d] Joh. 1: 52. 20: 12.

## ARTIC. III.

*Surrexit virtute propria* [a], *atque Patris* [b], *Juſtum eum pronunciantis* [c], *& ex carcere tumuli dimittentis* [d].

a Joh. 2: 19. 10: 18. 1 Cor. 15: 45. b Pſ. 118: 15. Act. 2: 24. 13: 30. c Eſai. 50: 8. Pſ. 71: 15. 118: 19, 20. 1 Tim. 3: 16. d Pſ. 40: 3. Matth. 28: 2.

## ARTIC. IV.

*Vivus præſentia ſua recreavit mœſtos diſcipulos* [a], *ſub veſperam diei, quo ſurrexit à mortuis* [b], *poſteaque iis apparuit in Galilæa, quo tandem ex præcepto Chriſti ſe contulerunt* [c].

a Jer. 31: 25, 26. b Joh. 20: 19. Luc. 24: 33–36. c Matth. 26: 32. 28: 10. 28: 16, 17. 16: 10–14.

## ARTIC. V.

*Poſt moram* XL. *dierum à reſurrectione* [a], *Dominus adſcendit in cœlum* [b], *collocaturque ad dexteram Patris* [c], *coronatus majeſtate & gloria* [d], *lætus ac beatus* [e].

a Act. 1: 3. b Pſ. 47: 6. 68: 19. Joh. 20: 17. Act. 1: 9. Marc. 16: 19. Gen. 17: 22. Hebr. 9: 7, 11, 12. c Pſ. 110: 1. 16: 11. Marc. 16: 19. Hebr. 1: 13. Apoc. 3: 21. d Pſ. 8: 7. 21: 4, 6. 45: 4. Luc. 24: 26. Joh. 17: 5. Eſai. 4: 2. e Pſ. 16: 11. 21: 1. 1 Tim. 1: 11.

AR-

## ARTIC. VI.

*E cœlo miſit Spiritum Sanctum* [a], *gloriæ ſuæ teſtem* [b], *plurimorumque donorum in Eccleſia autorem* [c].

[a] Pſ. 65: 10, 11. 2 Sam. 23: 4. Eſai. 44: 3. Joël 2: 18, 29. Conf. Act. 2: 16. Zach. 9: 9, 12. 22: 10. Luc. 24: 49. Act. 2: 33. Joh. 7: 39. Luc. 17: 20. Joh. 3: 8. Act. 2: 2–4. 8: 16, 17. 10: 44. 19: 2. Vid. Joh. 7: 39. [b] Joh. 16: 8, 10. Act. 5: 32. 2 Cor. 4: 13. 1 Joh. 5: 7. [c] Pſ. 68: 19. 1 Cor. 14: 4, 8–11.

## ARTIC. VII.

*Tum ab Apoſtolis Spiritu S. plenis magnaque dicendi libertate præditis, proclamatur Deus, Dominus Meſſias, ſalutis auctor unicus, Liberator conſummatus* [a]; *atque ab Angelis, quibus ante erat inferior* [b], *adoratur coliturque* [c].

[a] Pſ. 118: 22, 23. Conf. Matth. 21: 42, 43. Pſ. 21: 7. Eſai. 28: 16. 42: 6. Pſ. 68: 27. Eſai. 40: 9. 62: 11. Act. 2: 36. 3: 13–15. 4: 10–12. 10: 42, 43. 13: 23. 17: 3. 2 Petr. 1: 17. 18. [b] Pſ. 8: 6. Hebr. 2: 7. [c] Hebr. 1: 4–6. Matth. 10: 19, 20. Act. 4: 13, 31. ab angelis Phil. 2 v 6–8. 10.

## ARTIC. VIII.

*Demonſtratur Sacerdos ſedens in ſolio ſuo* [a], *oranſque cauſam populi ſui apud Patrem* [b].

a Zach.

[a] Zach. 6: 13. Jer. 30: 21. Pſ. 110: 4. Hebr. 3: 1. 5: 5, 6, 9, 10. 7: 24–26. [b] Job 33: 24. Hebr. 9: 24. Rom. 8: 34.

## ARTIC. IX.

*Conſiliarius Patris* [a], *per quem & arcanam voluntatem definivit* [b], *& orbi patefecit* [c], *& mirandum humanæ liberationis opus perfecit* [d].

[a] Eſai. 9: 6. 1 Cor. 1: 24. [b] Zach. 6: 13. Eph. 1: 3, 4. [c] Pſ. 2: 7. Joh. 1: 18. Rom. 16: 25. Pſ. 22: 23. 40: 10, 11. Hebr. 1: 1. Joh. 16: 12–14. Eph. 4: 11. Matth. 10: 27. [d] Eſai. 53: 10. 42: 1. 2 Cor. 5: 19. Eph. 1: 7. Pſ. 20: 4, 5.

## ARTIC. X.

*Rex* [a] *æternus* [b], *poteſtatem habens in omnes res creatas* [c], *pecudes* [d], *Angelos Sanctos* [e], *Spiritus immundos* [f], *homines in univerſa terra* [g], *cives regni ſui* [h] *& hoſtes* [i].

[a] Num. 24: 17. Pſ. 5: 3. 45: 2. Eſai. 9: 6. Jer. 23: 5. Apoc. 1: 5. 19: 16. 1 Tim. 6: 15. [b] Dan. 7: 14. Luc. 1: 32, 33. Dan. 2: 44. Pſ. 45: 7. Hebr. 1: 8. [c] Pſ. 8: 7. Matth. 28: 18. Philip. 2: 9–11. Hebr. 1: 12. Apoc. 5: 13. Coloſſ. 1: 15, 16. [d] Pſ. 8: 8, 9. Hebr. 2: 8. Conf. Marc. 1: 13. Dan. 2: 38. [e] Pſ. 97: 7. Hebr. 1: 6. Apoc. 5: 11, 12. Hebr. 1: 7. [f] Gen. 3: 15. Matth. 8: 29, 31. Marc. 1: 27. 16: 17. Act. 16: 18. Hebr. 2: 14. [g] Pſ. 8: 2. Dan. 2: 35. 7: 14. Conf. Apoc. 10. Pſ. 2: 8. 66: 3. 72: 8. [h] Num. 24: 17. Pſ. 2: 6. 47: 2.

47:2. Amos 9:11,12. Mich. 4:7. Coloſſ. 1:18. i Pſ. 8:3. 45:6. 110:1. 1 Cor. 15:15. Pſ. 21:9. Eſai. 11:4.

## ARTIC. XI.

*(Morti non porro obnoxius* [a]*,2 invocatus in cœlo laudatuſque ab animabus fidelium, qui ante mortem Domini & poſt illam obierunt* [b]*,3 in terra honoratus vel ab iis, qui ſalutem ab ipſo non petunt* [c].*)*

[a] Pſ. 118:17,18. Eſai. 53:8,10. 49:8. Rom. 6:9,10. Hebr. 7:25. 9:27,28. Apoc. 1:18. [b] Eſai. 24:23. Apoc. 4:4,10,11. Conf. Apoc. 5:8,9,14. Conf. Galat. 3:23.25. Hebr. 11:39. Pſ. 18:45.

## CAPUT DECIMUM SEXTUM.

### *De propagatione regni cœlorum per Apoſtolos à Chriſto Jeſu ſuſcitato, uſque ad Domitianum. Et quidem in genere.*

§. I. Primo Eccleſiæ Novi Teſtamenti periodus, uti quidem monuimus in cap. XIV. n. 2. incipit ab excitatione Jeſu Chriſti à mortuis, & protrahitur ad annum Æ. V. octogeſimum tertium, quo Domitianus fratri Tito ſuc-

ſucceſſit. Intra id enim tempus omnes obierunt Apoſtoli præter Johannem, qui cæteris diu ſupervixit, utpote Euſebio teſte in Chron. demum anno Æ. V. cii. Trajani autem Imperatoris ſecundo, mortuus.

§. II. Quia Domitiani ætate facies rei Chriſtianæ fuit valde immutata & curſus Evangelii edictis ſuppliciiſque inhibitus potius quam propagatus, infauſta hæc tempora ad primam periodum pertinere nequeunt; cujus character proprius eſt *doctrinæ Evangelicæ uſque huc incognitæ per orbem terrarum propagatio.*

§. III. Etſi enim poſt excitationem Jeſu Chriſti à mortuis parvus admodum & exiguus eſſet Domini grex, compoſitus ferè ex duodecim Apoſtolis, ſeptuaginta diſcipulis, ad annunciandum itidem Evangelium vocatis, pauciſque aliis, qui ſermoni Jeſu Chriſti fidem habuerunt: tamen in proferendi regni cœlorum finibus incredibilem navavit diligentiam, & brevi ſalutarem doctrinam tantum non toti terrarum orbi notam fecit. Nam

## ARTIC. I.

*Apoſtoli diligenter annunciarunt Evangelium de gratia in Jeſu Chriſto Liberatore obtinenda* [a].

[a] Pſ. 68: 12, 28. Eſai. 52: 7. 62: 6 Jer. 3: 15. 31: 6. Matth. 9: 38. Act. 4: 18–20, 33. 5: 25. 20: 7. Pſ. 45: 2. Act. 6: 3, 4. 1 Joh. 1: 1–3. Act. 10: 40. 41. 1: 9. Pſ. 45: 2. Joh. 6: 68. Act. 13: 26. 14: 3. Rom. 1: 16. Joh. 21: 15. Cant. 1: 3, 4. 2: 4.

## ARTIC. II.

*Atque inter eos Paulus Benjaminita excelluit, laboribus pro regno Chriſti proferendo ſuſceptis* [a]*; Petro quoque Jeſum olim ter abnegatum, fortiter annunciante* [b].

[a] Gen. 49: 27. Pſ. 68: 28. 2 Cor. 10: 10. Act. 9: 15. Rom. 15: 19. 2 Cor. 11: 23. [b] Matth. 16: 19. Joh. 21: 15–17. Act. 15: 5. Galat. 2: 8. Act. 2: 14. ſeqq.

## ARTIC. III.

*Egreſſi è Judæa abierunt in totum mundum, Evangelii annunciandi cauſſa* [a]*, neque ſuppliciis abſterriti* [b]*, neque contradictionibus falſorum doctorum dimoti* [c]*, ſed miraculis illuſtres* [d].

[a] Zeph. 3: 9. Prov. 9: 3. Matth. 22: 9, 10. 24: 14. Marc. 16: 15, 20. Matth. 28: 19. [b] Matth. 10: 17, 18, 22. Joh. 16: 2–4. Zach. 12: 8. Act. 5. 41,

5: 41, 42. 2 Tim. 2: 9. Act. 8: 4. Conf. Act. 11: 19. c Cant. 2: 15, 16. Apoc. 2: 2, 3. Act. 15: 1–5. Galat. 2: 4. 2 Cor. 11: 13. Act. 20: 29–31. 1 Tim. 1: 3, 7. 6. 3–5. Hebr. 13: 9. Galat. 1: 8, 9. Act. 13: 10, 11. 1 Tim. 1: 20. 1 Joh. 2: 18, 19, 20–26. 4: 1–6. 2 Joh. ℣. 7, 8. Jud. ℣. 4. 2 Petr. 2: Act. 6: 9, 10. 18: 25–28. d Eſai. 8: 18. Joh. 14: 12. Marc. 16: 17, 18. Act. 3: 6–8. 14: 10. 2 Cor. 11: 12. Conf. Act. 4: 3. 8: 6. 28: 5. Hebr. 2: 4. Rom. 15: 18, 19.

## ARTIC. IV.

*Sic Euangelium antea ignotum* [a], *ex Hieroſolymis in totum terrarum orbem exivit* [b]: *ac heredes Dei procul diſperſi colligebantur in unam civitatem* [c].

a Eſai. 48: 6, 7. Rom. 16: 25, 26. b Eſai. 2: 3. Mich. 4: 2. Ezech. 47: 1. Pſ. 110: 2. Matth. 24: 14. Rom. 10: 18. Coloſſ. 1: 6. Luc. 24: 47. Eſai. 40: 9. Joh. 4: 22. c Num. 24: 17. Matth. 23: 37. Eſai. 43: 5, 6. Joh. 10: 16. 11: 51, 52. 12: 32. Jer. 3: 17, 18. Hoſ. 1: 11. Act. 2: 5. ſeqq. Conf. Ezech. 37: 15–22.

## ARTIC. V.

*Mactati bonis inſignibus* [a], *& agentes una concorditer* [b], *ſine nationum diſcrimine* [c], *quanquam in familiis occaſione Euangelii lites & inimicitiæ orirentur* [d].

a Pſ. 22: 27, 30. Pſ. 23: 1. Eſai. 2: 1, 3. Hebr. 8: 6. 1 Cor. 1: 5. Pſ. 34: 11. b Eſai. 2: 4. 32: 17. 9: 6. Luc. 2: 14. Hoſ. 2: 18. Coloſſ. 1: 20.

c Zeph. 3: 9. Act. 10: 34, 35. Galat. 3: 28. Coloſſ. 1: 11. d Mich. 7: 5, 6. Matth. 10: 34, 35. Eſai. 19: 2.

## ARTIC. VI.

*Simulacra Deorum abolebantur* [a], *ac præconio gratiæ in Christo plurimi ad Deum vivum, in tota jam terra adorandum* [b], *convertebantur* [c], *ſeverè punitis ſalutaris ſermonis contemtoribus* [d].

a Eſai. 2: 18. 19: 1. Jer. 16: 19, 20. Eſai. 42. 17. Conf. Eſai. 44: 9-20. 45: 16. Zach 13: 2. Act. 17: 29. 1 Theſſ. 1: 9. Gal. 4: 8, 9. b Ezech. 34: 26, 27. Dan. 12: 2. Joh. 5: 25. c Joh. 4: 21. 1 Tim. 2: 8. Malach. 1: 11. d Eſai. 29: 20. 26: 24. 34: 2. Rom. 1: 18. 1 Petr. 4: 17, 18.

## ARTIC. VII.

*Hinc ſcil. bella* [a], *fames* [b], *peſtis* [c], *terræmotus* [d], *malaque alia: mendacium doctorum molimina* [e].

